
1902
U·S·N·M·
Ex libris
William Healey Dall.
I. MULLER, T

Division of Mollusks
Sectional Library

Synopsis

novorum

generum, specierum et varietatum

testaceorum viventium

anno 1834 promulgatorum;

adjectis iis quae in diariis societatis zoologicae Londinensis ab anno 1830 editis relata sunt.

Division of Mollusks
Sectional Library

Supplementi loco ad ill. Wiegmann historiae naturalis promtuarium

collegit digessit adornavit

Th. Müller, phys. stud.

Berolini,
prostat in libraria Fr. Nicolai.
1836.

406
M95
1836
McLL.

Lectoribus aequis

s. d.

A. F. A. Wiegmann, Dr.

Tanta novarum specierum multitudo quotannis in Zoologia accedit tamque variis in locis dispersa, ut diligentissimum hujus scientiae cultorem et quamvis maxima librorum suppellectili praeditum, singulae facillime possint effugere, nedum eos, qui ab omni fere librorum apparatu, imprimis ephemericorum, orbati, frustra novorum animalium, quae sine nomine saepius possident, nomina cognoscere student. Quod quum ita sit, haud parvum putabam scientiae commodum allatum iri, si quis quae in singulis regni animalis provinciis nova innotuerint, in unum vellet colligere ac certo disponere ordine. Id quidem in ceteris animalium classibus propter minorem novarum specierum copiam annalibus meis facilius perpetrare potui, in conchyliorum vero atque insectorum classibus immensa propemodum specierum multitudo obstabat, quam si totam recipere voluissem, ne aliis rebus spatium detra-

heret quam maxime metuendum erat. Hinc quasi appendicis loco specierum syllogen seorsim edere apud animum constitui; idque in conchyliis eo magis necessarium esse intellexi, quum permultas species, recentiori tempore promulgatas, in secunda Lamarckiani operis editione frustra quaesiverim. Itaque amicissimum Th. Müller, strenuum scientiae naturalis cultorem, cujus et doctrinam et singularem hujusmodi rerum accurationem cognoveram, adhortatus sum, ut hanc curam in se susciperet. De consilio atque ratione opusculi jam ipse in prooemio fusius disseruit nec quod insuper addam habeo, nisi ut prosperum faustumque successum huic libello optem.

Nisi novarum specierum exempla sub oculis habeas, de dignitate earum vix certum justumque judicium dari posse, jure monuit autor. Quo magis igitur eos, qui de singulis rectius cognoverint, admonitos rogatosque volo, ut nobiscum citius observationes suas communicent, quae vel in scientiae naturalis promptuario meo, vel in sequente hujus operis volumine propediem apparituro publici juris fiant. Sic enim facillime ac citissime cuilibet occurritur errori, priusquam nocuas radices altius in scientia egerit. Valete atque favete incepto.

Dabam Berolini d. xxv. Junii. MDCCCXXXVI.

Praefamen auctoris.

Jussu et auspiciis illustrissimi praeceptoris, prof. A. F. A. Wiegmann hoc ad ejus annales (Archiv für Naturgeschichte. Jahrg. I. (1834.) B. I. Berlin. 1835. 8. Jahresbericht. p. 307.) supplementum elaborandum suscepi.

Itaque heic accipis L. B. species multis locis dispersas jam tui commodi gratia in unum volumen redactas. Ejusmodi conspectum accuratissima fide indigere putavi, et ea destitutum commodi loco facile incommodum ac detrimentum praebere. — Hoc sis libello simul ad stabiliendam nominum prioritatem symbola utaris.

Species in diariis „the proceedings of the zoological society of London" exhibitas ideo ab initio recepi, quod libelli novarum rerum ditissimi vix in bibliopolio exstant, et quia plurimae quoque specierum in Deshayes-i nova operis Lamarck-iani editione omissae sunt. Illis annum semper adposui, caetera cuncta anni 1834 sunt.

Restant interim pauci libri, quos consulere nondum licuit (v. Opp. citt. p. 243.). eorum nova, quando in proximo volumine de anno 1835 referam, supplebo. Id cum ea contenturum sit quae nova in altera Lamarck-iani operis editione accesserunt, hac, qui primam possident, vix egebunt.

De dignitate novorum generum specierumque criticum judicium adjici, id desiderata plerumque specimina vetabant. Eadem ratione plures forsan diagnoses justo longiores evasere: omnino autem constitutorum fuit, spe-

ciebus constitutis adjicere diagnoses easque haud dubias i. e. Latinas!

Specierum diagnoses in quacunque et barbara lingua scriptas Latinitate donavi. Ubi constitutores meras descriptiones, nonnunquam obscuras ac confusas, ambigua vernacula sua confectas, porrexere, ibi diagnoses exinde composui, idque suo loco semper adnotavi, aliud enim est, diagnosin ex specimine creare, aliud, ex narrata descriptione. — Animalis ipsius characteres specificos, ubi dati sunt, semper in descriptione collocavi, ne diagnoses minus conformes evadant.

Constitutiones generum et specierum nominumve haud ad istos annos referendas esse, in quibus specimina reperta sint, aut in quibus auctores laboraverint et nomina excogitaverint, aut societatibus praelegerint, vel demum nomina sua speciminibus adscripserint, sed ad illos annos, in quibus publici juris factae sunt, id, puto, patet per se.

Species non prorsus novae, utpote quibus novae tantum varietates accessere, vel primum nomina systematica, vel nomina nova novo generi adaptata, eae numeris carent. Sic et novis solum generibus numeros Romanos anteposui, ceteris Arabicos.

Seriem naturalem elegi Menke-anam (C. Th. Menke: synops. meth. molluscorum etc. Pyrmonti. 1828. 8. — ed. II. ib. 1830. 8.), quippe quae facillime in omnium manibus versetur.

Cum plura opera proxime temporis demum Berolinum pervenerint, opusculum serius quam optabamus typis mandari potuit.

Vale et fave!

Scripsi Berolini m. Majo a. 1836.

Th. Müller.

Elenchus generum.

Sect. I. Mollusca cephalophora Mke. — p. 1.
Class. II. Pteropoda Mke. — p. 1.
Fam. I. Hyalaeacea Mke. — p. 1.
1. Cleodora Lam. — p. 1.
Class. III. Gasteropoda Mke. — p. 2.
Ord. III. Hypobranchia Mke. — p. 2.
Subord. I. Phyllidina Mke. — p. 2.
Fam. III. Ancylea Mke. — p. 2.
2. Ancylus Geoffr. — p. 2.
Ord. IV. Pomatobranchia Mke. — p. 2.
Fam. III. Acera Mke. — p. 2.
3. Bulla Linn. — p. 2.
Ord. V. Coelopnoa gymnostoma Mke. — p. 3.
Subord. I. Geophila Mke. — p. 3.
Fam. II. Helicea Mke. — p. 3.
Trib. I. Tetracera Mke. — p. 3.
4. Helicophanta Pfeiff. — p. 3.
V. Nanina J. E. Gray. — p. 4. — Tanychlamys W. H. Benson (nov. 1834.) — p. 4.
6. Helix Linn. — p. 6.
7. Zonites Montf. — p. 13.
8. Carocolla Lam. — p. 13.

9. Bulimus Scop. — p. 14. — Bulinus Stud. — p. 16.
10. Achatina Lam. — p. 31.
11. Liguus Montf. — p. 32.
Trib. II. Dicera Mke. — p. 32.
12. Partula Fér. — p. 32.
Subord. III. Limnophila Mke. — p. 33.
Fam. IV. Limnaeacea Mke. — p. 33.
13. Planorbis O. F. Müll. — p. 33.
14. Physa Drap. — p. 35.
15. Limnaeus Mke. — p. 35. — Limnea (Desh.?) — p. 36.
Ord. VI. Coelopnoa operculata Mke. — p. 37.
Fam. II. Cyclostomacea Mke. — p. 37.
16. Cyclostoma Lam. — p. 37.
Ord. VII. Ctenobranchia Mke. — p. 39.
Subord. I. Pomatostoma Mke. — p. 39.
Fam. I. Turbinea Mke. p. 39.
17. Paludina Lam. — p. 39.
18. Anculosa (Conr.?) — p. 39. — Anculotus Say. — p. 40.
19. Melania Lam. — p. 42.
20. Eulima Rifs. — p. 48.
21. Pasithea Lea. — p. 52.
XXII. Naticina Lansdown Guilding. (nov. 1834.) — p. 52.
23. Rotella Lam. — p. 53.
Fam. II. Trochoidea Mke. — p. 54.
24. Neritina Lam. — p. 54.
25. Nerita Linn. — p. 56.
XXVI. Leptoconchus E. Rüppell (nov. 1834.) — p. 56.
27. Trichotropus Less. (trichotropis Sow.) — p. 57.
28. Turbo Linn. p. 57.
29. Tegula (Less.? nomen nov. 1834?) (tectus Montf.) — p. 58.
30. Scalaria Lam. — p. 59.
Fam. III. Plicata Lam. — p. 59.
31. Tornatella Lam. — p. 59. — Acteon Montf. — p. 59.
Subord. II. Hemipomatostoma Mke. — p. 60.
Fam. V. Buccinea Mke. — p. 60.
32. Buccinum Adans. — p. 60.

Fam. VI. Purpuracea Mke. — p. 70.
33. Purpura Brug. — p. 70.
34. Cancellaria Lam. — p. 72.
35. Harpa Lam. — p. 79.
36. Columbella auct. (colombella Lam.) — p. 80.
37. Murex Linn. — p. 92.
38. Typhis Montf. — p. 97.
39. Ranella Lam. — p. 99.
40. Triton Lam., non Linn. (tritonium Cuv.) — p. 101.
41. Turbinella Lam. — p. 106.
42. Fasciolaria Lam. — p. 106.
43. Pyrula Lam. — p. 107.
44. Fusus Lam. — p. 107.
45. Pleurotoma Lam. — p. 108.
Fam. VIII. Conea Mke. — p. 118.
46. Conus Linn. — p. 118.
Subord. III. Apomatostoma Mke. — p. 124.
Fam. IX. Involuta Mke. — p. 124.
47. Marginella Lam. — p. 124.
48. Ovulum Sow. (ovula Brug.) — p. 128.
49. Cypraea Linn. — p. 129.
Fam. X. Volutacea Mke. — p. 132.
50. Terebra Brug. — p. 132.
51. Voluta Linn. — p. 139.
Fam. nova. — p. 140.
LII. Stilifer W. J. Broderip. (nov. 1832.) — p. 140.
Ord. VIII. Aspidobranchia Mke. — p. 141.
Subord. II. Calyptraeacea Mke. — p. 141.
Fam. II. Capulea Mke. — p. 141.
53. Crepidula Lam. — p. 141.
54. Calyptraea Lam. — p. 141.
Fam. III. Patelloidea Mke. — p. 152.
55. Fissurella Lam. — p. 152.
Ord. IX. Cyclobranchia Mke. — p. 160.
Subord. I. Retifera Blainv. — p. 160.
Fam. I. Patellacea Mke. — p. 160.
56. Patella Linn. p. 160.

Fam. incerta (animali incognito). — p. 161.
LVII. Scutella W. J. Broderip (nov. 1834.). — p. 161.
Subord. II. Polyplacophora Mke. — p. 162.
Fam. II. Chitonacea Mke. — p. 162.
58. Chiton Linn. — p. 162.
Ord. (Blainv.) Fam. (Goldf.) Cirrhobranchia. — p. 172.
59. Dentalium Linn. — p. 172.
Sect. II. Acephala Mke. — p. 174.
Class. II. Brachiopoda Mke. — p. 174.
Fam. I. Lingulacea Mke. — p. 174.
60. Lingula Brug. — p. 174.
Fam. II. Terebratulacea Mke. — p. 174.
61. Terebratula Dalm. — p. 174.
Fam. III. Craniacea Mke. — p. 175.
62. Orbicula Cuv. — p. 175.
Class. III. Elatobranchia Mke. — p. 176.
Ord. I. Ostracea Mke. — p. 176.
Subord. I. Monomya Mke. — p. 176.
Fam. I. Ostracea Mke. — p. 176.
LXIII. Placunanomia W. J. Broderip (nov. 1832.). — p. 176.
Fam. II. Pectinea Mke. — p. 177.
64. Spondylus Linn. — p. 177.
65. Pecten Brug. — p. 178.
Subord. II. Dimya Mke. — p. 179.
Fam. IV. Aviculacea Mke. — p. 179.
66. Crenatula Lam. — p. 179.
Fam. V. Arcacea Mke. — p. 179.
67. Arca Linn. — p. 179.
68. Byssoarca Swains. — p. 184.
69. Pectunculus Lam. — p. 188.
70. Nucula Lam. — p. 190.
Ord. II. Mytilacea Mke. — p. 192.
Fam. I. Mytilacea Mke. — p. 192.
71. Mytilus Linn. — p. 192.
72. Modiola Lam. — p. 193.
Fam. II. Najadea Mke. — p. 193.
73. Anodonta Lam. — p. 193. — Anodon Oken. — p. 195.

74. Alasmodonta Say. — p. 196.
75. Unio Retz. — p. 196.
Fam. III. Carditacea Mke. — p. 209.
76. Cardita Lam. — p. 209.
Fam. IV. Crassatellacea Mke. — p. 212.
77. Crassatella Lam. — p. 212.
Ord. IV. Cardiacea Mke. — p. 212.
Fam. I. Chamacea Mke. — p. 212.
78. Chama Linn. — p. 212.
Fam. II. Cardiacea Mke. — p. 216.
79. Cardium Linn. — p. 216.
Fam. III. Cycladea Mke. — p. 220.
80. Cyclas Drap. — p. 220.
Fam. IV. Nymphacea Mke. — p. 221.
81. Mesodesma Desh. — p. 221.
82. Amphidesma Lam. — p. 221.
LXXXIII. Cumingia G. B. Sowerby (nov. 1833.) — p. 224.
84. Capsa Brug. — p. 225.
Fam. V. Veneracea Mke. — p. 226.
85. Venus Linn. — p. 226.
Fam. VI. Lithophaga Mke. — p. 227.
86. Petricola Lam. — p. 227.
87. Corbula Brug. — p. 229.
Ord. V. Inclusa Mke. — p. 231.
Fam. I. Myacea Mke. — p. 231.
88. Lyonsia . . — p. 231.
89. Anatina Lam. — p. 232.
90. Periploma Schum. p. 232.
91. Solemya Lam. (solenomya Mke.) — p. 233.
Fam. II. Solenacea Mke. — p. 233.
XCII. Solenella G. B. Sowerby (nov. 1832.). — p. 233.
Fam. III. Pholadea Mke. — p. 234.
93. Saxicava Fl. de Bellev. — p. 234.
94. Gastrochaena Spengl. — p. 235.
95. Pholas Linn. — p. 236.
Fam. IV. Tubicola Mke. — p. 240.
96. Clavagella Lam. — p. 240.

App. (Class. I. acephalorum Mke.) Cirrhipeda Lam. — p. 241.
Ord. I. Cirripedia sessilia Mke. — p. 241.
Fam. IV. Pollicipedia Mke. p. 241.
97. Pollicipes Hill. — p. 241.

SECT. I.

MOLLUSCA CEPHALOPHORA Mke.

CLASS. II.

PTEROPODA Mke. (Aporobranchiata Blainv.; Stomatopterophora Gray).

FAM. I. HYALAEACEA Mke. (Thecosomata Blainv.)

1. CLEODORA Lam. (Cliodora Pér., et Les.)

(1.) Cleodora balantium *Sander Rang.*

Cl. testā tenuissima, fragili, vitrea, splendida, compressa; apice mucronato, recurvo; apertura magna, transversa utrinque angulata; lamina dorsali longiore, sulcis duobus longitudinalibus tripartita. — *Th. M.*

Long. 25 millim., lat. 15 millim.

Refert auctor, speciem jam ab Anglis repertam et male delineatam esse (ubi? nonne denominatam?)

Legerunt Angli in mari ad Congo; legit Rang in sinu Guineensi, ad caput Palmae.

Guérin, magasin de zool. I. class. V. (nr. 44 et) pl. 44.

CLASS. III.

GASTEROPODA Mke. (Gasteropodophora Gray).

ORD. III. HYPOBRANCHIA Mke.

SUBORD. I. PHYLLIDINA Mke.

FAM. III. ANCYLEA Mke.

2. ANCYLUS Geoff.

1. Ancylus obliquus *W. J. Broderip.*

Anc. testā subovata, diaphana, longitudinaliter minutissime striata; mucrone verticis obliquo.

Long. $\frac{1}{3}$ poll., lat. $\frac{1}{5}$ poll.

Legit H. Cuming rivulorum saxis adhaerentem, in Chili.

Proceedings. 1832. p. 202.

2. Ancylus filosus *T. A. Conrad.*

Anc. testā regulariter ovali, elevatiuscula, lineis radiatis prominentibus numerosis notata; apice valde prominente, inclinato, eroso, sub-excentrico. — *Th. M.*

Mensura desideratur.

Hab frequens melaniarum Lam. testis adhaerens in Black Warrior flumine Alabamae.

Conrad, new fresh water shells. p. 57.

ORD. IV. POMATOBRANCHIA Mke. (MONOPLEUROBRANCHIATA Blainv.)

FAM. III. ACERA Mke.

3. BULLA Linn.

1. Bulla zonata *W. Turton.*

B. testā ovata, solida, opaca, albo- et fulvo-alternatim zonata, lineis transversis elevato-punctulatis.

Long. $\frac{1}{4}$ poll., lat. fere totidem.

Similis parvis speciminibus b. lignariae L., sed forma magis conico-ovali et anfractibus levius connexis. Corona umbilicata et cum columella alba

E collectione Clark. — Hab. prope Land's End Britanniae.

Loudon, magazine of nat. hist. art. VIII. p. 352.

2. Bulla hyalina *W. Turton.*

B. testā ovata, hyalina, laevi; apertura basi dilatata; columella umbilicata; corona planata, canaliculata, umbonata.

Mensura desideratur.

Aliquatenus similis b. umbilicatae.., sed brevior, forma magis ovali, apertura latiore.

E collectionibus J. Alder et Clark. — Hab. frequens ad littora prope Newcastle, item circa Land's End, in Cornwall Britanniae.

Loudon, magazine of nat. hist. art. VIII. p. 353.

ORD. V. COELOPNOA GYMNOSTOMA Mke (Adelopneumona Gray.)

SUBORD. I. GEOPHILA Mke.

FAM. II. HELICEA Mke. (Cochleae Fér.)

TRIB. I. TETRACERA Mke.

4. HELICOPHANTA Pfeiff. (Daudebardia Hartm.; helicis subgenus helicophanta Fér.)

1. Helicophanta Falconeri *Reeve mss. (J. E Gray.)*

H. testā ovata, tenui, vesiculari, profunde umbilicata; pallide brunnea, fasciis maculisque prope suturam saturatioribus; apice obtuso; anfractibus quatuor convexis, ultimo antice declivi; umbilico magno, compresso; peristomate simplici, fauce alba.

Mensura desideratur.

Similis helici magnificae Fér. (moll. t. 10. fig. 10.)

Hab. in Nova Hollandia.

Proceedings. 1834. p. 63.

V. NANINA *J. E. Gray.*

Animal: collare amplum, lobo dextro antico, antro respirationis in sinu posito, lobo sinistro postico, lato, expanso, partem inferiorem testae anfractus ultimi tegente. Pes postice truncatus, processu brevi conico dorsali, supra truncaturam sito. — Testa: depressa, perforata, polita; apertura lunata, peristomate tenui, edentulo, costa interna vel nulla vel obsoleta.

Férussac species huc pertinentes ad helicem L. retulerat, Quoy ad vitrinam Drap. — Indiae, Chinae etc. incolae.

Nomen haud retinendum est, cum A. Risso jam 1826 in turbinearum familia genus, hoc nomine insignitum, constituerit.

Proceedings. 1834. p. 58.

Serius deinde W. H. Benson generis a Gray jam constituti ignarus idem hoc genus iterum constitutum societati exhibuit. Aliud et novum ejus nomen, tanychlamys, (alias parum utiliter etiam promulgatum) jam, cum illud Gray-i nomen retineri nequeat, recipiendum evadit. — Character, quem Benson exhibuit, hic est:

Testa heliciformis, umbilicata; peritremate acuto, non reflexo. — Animal cito repens. Corpus reticulosum, elongatum. Pallium amplum, foramine communi magno perforatum, peritrema amplexans; processubus duobus transverse rugosis (quasi articulatis) omni latere mobilibus instructum, altero prope testae aperturae angulum superiorem exoriente, altero apud peripheriam testae. Os anticum inter tentacula inferiora hians; labia radiato-plicata. Tentacula superiora elongata, punctum percipiens tumore oblongo situm gerentia. Penis praegrandis; antrum cervicis elongatum latere dextro et prope tentacula situm. Solea complanata pedis latera aequans. Cauda tentaculata; tentaculum subretractile, glandula ad basin posita humorem viscidum (animale attrectato) exsudante.

Genus intermedium esse inter genera stenopus Guild.

et helicolimax Fér. Repraesentans species Europaea helix lucida Drap. refertur.

Proceedings. 1834. p. 89.

1. Nanina Juliana *J. E. Gray.*

N. testā solida, alba; spira convexiuscula; anfractibus depressis fascia mediana brunnea, ultimo antice roseo fascia brunnea axin cingente; peristomate rotundato, roseo.

Axis 11 lin., diam. 20 lin.

Similis n. Javanensi Gray., sed tenuior et minor.

Hab. in Ceylania.

Proceedings. 1834. p. 58.

2. Nanina striata *J. E. Gray.*

N. testā solidiuscula, subpellucida, albida; periostraca tenui, olivacea; spira convexiuscula, confertim transverse striata; anfractu ultimo antice sublaevi.

Axis 9 lin., diam. 15 lin.

Patria desideratur.

Proceedings. 1834. p. 59.

Jam Gray species enumerat huc pertinentes novaque nomina iis imponit generi convenientia.

a. Nanina nemorensis *J. E. Gray.*

Helix nemorensis O. F. Müll.

b. Nanina Javanensis *J. E. Gray.*

Helix Javanensis Fér.

c. Nanina exilis *J. E. Gray.*

Helix exilis O. F. Müll.

d. Nanina citrina *J. E. Gray.*

Helix citrina Linn.

Var. β. helix castanea O. F. Müll.

Var. γ. helix rapa Chemn.

e. Nanina monozonalis *J. E. Gray.*

Helix monozonalis Lam.

f. Nanina Clairvillia *J. E. Gray.*

Helix Clairvillia Fér.

g. Nanina vitrinoides *J. E. Gray.*

Helix vitrinoides Desh.

Proceedings. 1834. p. 58.

6. HELIX Linn.

1. Helix monile *W. J. Broderip.*

H. testā globosa, turgido-plana, translucida, cornea, superne maculis strigisque angulatis moniliformibus ornata; spira excavata; umbilico magno.

Long. $\frac{2}{3}$ poll., lat. 1 poll.

Habitu aliquatenus ad planorbem Müll. accedit.

Reperit H. Cuming in Columbia (Salango).

Proceedings. 1832. p. 29.

(2.) Helix Cunninghami *J. E. Gray.*

H. testā valde depressa, albo-brunneoque-fasciata; spira planiuscula; anfractibus paulum convexis, ultimo depressissimo, rotundato; umbilico latissimo anfractus omnes monstrante; apertura oblonga, deflexa; labio externo reflexo, subincrassato, dextrorsum rotundato, sinistrorsum complanato recto; fauce purpurascente.

Axis 11 lin., diam. 29 lin., diam. aperturae $12\frac{1}{2}$ lin.

Similes ad nostram accedunt h. sepulchralis.. et h. radama Less. (cent. zool. t. 9.).

Icon, nec descriptio (num nomen?) exstat in Griffith's edit. of Cuvier's Animal Kingdom, t. 6. fig. 4.

Legit A. Cunningham in sylvis densis obscuris apud Hay's Peak in Nova Hollandia.

Proceedings. 1834. p. 64.

(3.) Helix Fraseri *J. E. Gray.*

H. testā globosa, imperforata, pallide brunnea fasciis plurimis angustis linearibus spiralibus brunneis; spira convexa, hemisphaerica; anfractibus rotundatis, ultimo maximo venticoso; apertura oblonga, similunata; labio externo rotundato, reflexo, subincrassato, purpurascenti-brunneo; interno vix incrassato.

Axis 19 lin., diam. 24 lin., aperturae lat. 12 lin., apert. long. 14 lin.

Similis h. crispatae Costa.

Icon, nec descriptio (num nomen?) exstat in Griffith's edit. of Cuvier's Animal Kingdom t. 6. fig. 6.

Legit A. Cunningham in Nova Hollandia.

Proceedings. 1834. p. 64.

4. Helix Jacksoniensis *J. E. Gray.*

H. testā depressa, pallide brunnea, polita, concentrice substriata; spira convexa; anfractibus planis, ultimo rotundato, depresso; apertura lunata; fauce albida; labio externo tenui.

Axis 3 lin., diam. $3\frac{1}{2}$ lin.

Similis h. nitidae O. F. Müll.

Legit A. Cunningham prope Port Jackson in Nova Hollandia.

Proceedings. 1834. p. 65.

5. Helix Campbellii *J. E. Gray.*

H. testā conica, subglobosa, depressiuscula, imperforata, subrugosa, rugis transversis densis, striisque spiralibus indistinctis; pallide brunnea, fascia lata subpostica pallida; spira conica, convexa: anfractibus planiusculis, ultimo carina mediana indistincta, antice laevi; peristomate tenui, acuto, juxta axin subincrassato, albo.

Axis $5\frac{1}{2}$ lin., diam. $8\frac{1}{2}$ lin.

Legit A. Cunningham in insula Phillip maris Pacifici.

Proceedings. 1834. p. 65.

6. Helix Phillipii *J. E. Gray.*

H. testā subglobosa, depressa, imperforata, pallide cornea, pellucida, maculis viridibus sparsis irregularibus; transversim subdistanter rugosa; spira convexa; anfractibus planiusculis, ultimo parum ventricoso, rotundato, fascia postica submediana angusta alba; apertura semilunata; labio tenui, supra axin subincrassato, albo.

Axis 5 lin., diam. 8 lin.

Jun. spira planiuscula, anfractu ultimo subcarinato.
Legit A. Cunningham in insula Phillip maris Pacifici.
Proceedings. 1834. p. 65.

7. Helix Stoddartii *J. E. Gray.*

H. testā conico-subglobosa, depressiuscula, tenuissime rugosa, brunnea pallide fasciata, vel flavescente fasciis saturatioribus, imperforata; spira conica, convexa; anfractibus planiusculis, ultimo iudistincte in medio carinato; peristomate tenui, juxta axin subincrassato, acuto.

Var. β: testa saturate brunnea, fascia prope suturam latiuscula.

Var. γ: testa supra brunnea, infra flavescente, fascia pone carinam lata brunnea.

Var. δ: testa pallide flava, fascia ante carinam lata brunnea.

Var. ε: testa pallide flava, supra brunneo-subnebulosa

Axis 4 lin., diam. 7 lin.

Legit A. Cunningham in insula Phillip maris Pacifici.
Proceedings. 1834. p. 65.

8. Helix Codringtonii *J. E. Gray.*

H. testā orbiculari, conica, imperforata, solidiuscula, pallida irregulariter dense albo-lineata; spira convexa; anfractibus rotundatis, ultimo depressiusculo; apertura lunata, ovata, obliqua; labio externo reflexo, albo, antice planiusculo, declivi; interno tenui.

Axis 15 lin., diam. 20 lin.

E collectione J. E. Gray. — Hab. „in Graecia apud Navarino“ S. P. Pratt.

Proceedings. 1834. p. 67.

9. Helix fidelis *J. E. Gray.*

H. testā depressiuscula, late perforata, pallide brunnea, profunde striata, periostraca tenui pallida induta; spira conica, convexa; anfractibus elevatiusculis, citissime majoribus, fascia suturali notatis, ultimo rotundato antice brun-

neo; apertura obliqua; peristomate albo, subreflexo; fauce postice alba, antice brunnea.

Var. spira paulo depressiore.

Axis 11 lin., diam. 15 lin.

Ratio nominis desideratur.

E collectione J. E. Gray. — Patria desideratur.

Proceedings. 1834. p. 67.

10. Helix Cracherodii *J. E. Gray.*

H. testā depressa, tenui, late perforata, striata, pellucida, albida, praesertim ad spiram rufescenti-brunneo-variegata; spira convexa; anfractibus elevatiusculis, ultimo obsoletissime carinato, fascia mediana alba; peristomate simplici; fauce brunnea, macula alba in labii medio.

Axis 9 lin., diam. 14 lin.

Forsan generis naninae Gray, sed magis perforata est.

E collectione J. E. Gray. — Hab. in India orientali?

Proceedings. 1834. p. 67.

11. Helix Maderaspatana *J. E. Gray.*

H. testā globosa, depressa, perforata, pallide brunnea albido marmorata, substriata; spira elevatiuscula; anfractibus rotundatis, cito majoribus, ultimo ventricoso, fascia albida submediana, antice pallidiore; apertura semilunata, majuscula; peristomate subincrassato, albido; perforatione profunda, angusta.

Axis 9 lin., diam. 13 lin.

E collectione J. E. Gray. — Hab. „in India orientali, 200 millia passuum a Maderaspatana versus Africum“ J. W. Heath.

Proceedings. 1834. p. 67.

12. Helix granifera *J. E. Gray.*

H. testā conica, orbiculari, depressiuscula, imperforata, pallide brunnea, granis minutis albis aspera; spira convexa, obtusa; anfractibus vix elevatis, ultimo acute carinato, antice convexiusculo; apertura ovato-trigona; labiis incrassatis, reflexis, albis, externo antice recto, inaequaliter tri-

dentato, dentibus duobus internis obliquis approximatis, externo majore distante compresso.

Axis 7 lin., diam. 11 lin.

E collectione J. E. Gray. — Hab. vulgaris in India occidentali.

Proceedings. 1834. p. 68.

13. Helix pachygastra *J. E. Gray.*

H. testā orbiculari, depressa, imperforata, badia, laevi, tenuiter striata; spira convexiuscula; anfractibus planis, ultimo ventricoso, rotundato, obsoletissime in medio carinato; apertura subtrigona; labiis incrassatis callosis, externo antice intus dente parvo, extus plica majore instructo.

Axis $4\frac{1}{2}$ lin., diam. 8 lin.

E collectione J. E. Gray. — Patria desideratur.

Proceedings. 1834. p. 68.

14. Helix interrupta *W. H. Benson.*

H. testā sinistrorsa, orbiculato-convexa, infra tumida, umbilicata, ad peripheriam obtuse angulata, longitudinaliter confertissime striata, supra striis interruptis, fasciis transversalibus dispositis; spira apice obtusa; peritremate tenui, acuto.

Animal. tentacula duo superiora elongata capitulis tumidis puncta percipientia gerentibus, duo inferiora capitulis parvis tumidis. Pes elongatus, compressus, marginatus, supra granulatus, apertura terminali anum et membrum carnosum mucorem emittens continente.

Mensura desideratur.

Similis h. Himalayanae Lea (quae est h. cicatricosa, Chemn. vol. IX. t. 109. fig. 913!), sed differt peculiari sculptura.

Legit W. H. Benson apud Sicrigali et rivum Jellinghy in provincia Gangetica Indiae.

Proceedings. 1834. p. 90.

15. Helix Belangeri *G. P. Deshayes.*

H. testā orbiculata, globoso-depressa, sublevigata, rosea,

insuper striis tenuibus decussata; anfractibus convexiusculis, ultimo basi perforato; apertura semilunari, alba; marginibus acutis, simplicibus.

Diam. majorum 48 millim.

Detexit Ch. Bélanger in locis umbrosis ad Pondichéry.

Bélanger voyage, zoologie. p. 413. et pl. I. fig. 1. 2. 3.

16. Helix semifusca *G. P. Deshayes.*

H. testā orbiculata, depressa, tenui, fragili, cornea, laevigata, ad pheripheriam subangulata, subtus perforata; apertura ovato-semi-lunari; marginibus tenuissimis, acutis; anfractibus angustis, convexiusculis.

Diam. 18 ad 20 millim.

Legit Ch. Bélanger in margine agrorum oryza consitorum, ad Pondichéry.

Bélanger voyage, zoologie. p. 414. et pl. I. fig. 8. 9. 10.

17. Helix desidens *Sander Rang.*

H. testā lenticulari, valde carinata, umbilicata; spira depressa; anfractibus quatuor et dimidio; apertura rotundata, lata; labro reflexo; peristomate albo; epidermide crassa, flava. — *Th. M.*

Long. vel alt. 7 millim.; lat. 16 millim.

Juniorum testae hispidae. — Animal rufescenti-nigrum, tentaculis superiobus rufis, pede pallido.

Legit Rang ad folia marcida sylvarum in montibus „Pelée" mediis terrarum Martinicensium.

Guérin, magasin de zoolog. II. class. V. (nr. 48 et) pl. 48.

18. Helix auridens *Sander Rang.*

H. testā tenui, fragili, compressa; anfractibus quatuor et dimidio; spira complanata; umbilico parvo; apertura sat magna, prope basin amplificatam dentibus duobus subtriloba; labro reflexo; epidermide tenui, nigro-brunnea, superficie (praesertim juvenum) pilis crassis obsita. — *Th. M.*

Long. vel alt. 5 ad 6 millim., lat. 11 ad 15 millim.

Animal nigrum, nitore rufo, tentaculis nigris, apice rufulis, pede nigricante.

Legit Rang sub truncis arborum caesis in montibus „Pelée“ mediis terrarum Martinicensium.

Guérin, magasin de zoolog. II. class. V. (nr. 49 et) pl. 49.

19. Helix rufogaster *R. P. Lesson.*

H. testā elongata, conoidea, imperforata; oris margine reflexo, atro-purpureo; anfractibus castaneo-albescentibus, striis longitudinalibus distinctis, anfractu ultimo majore, unifasciato.

Alt. 3 poll., diam. 21 lin.; aperturae alt. 19 lin., lat. 14 lin.

Pertinet ad genus bulimus Scop. — Perquam similis h. pithogastro Féruss. Apertura alba, columella alba fuscotincta, peristoma intense rubro-nigrum.

E collectione ducis de Rivoli. — Patria incognita.

Lesson, illustrations de zoolog. VIII. (nr. XXII. et) pl. XXII.

20. Helix Desmoulinsii *Farines.*

H. testā solida, diaphana, lucide cornea vel obscure alba, obsolete fasciata, longitudinaliter striata; spira complanata; umbilico subamplo, valde profundo; apertura subovali, fere orbiculari; peristomate continuo, albo, reflexo. — *Th. M.*

Alt. 6 millim., diam. 14 millim.; aperturae alt. 6 millim, lat. 5 millim.

Forma similis h. corneae Drap. et h. Alpinae . ., apertura similis carocollae lapicidae Lam. — Pertinet ad subgenus helicellae Fér.

Hab. in locis cespitosis montium Albères.

Farines, description de trois esp. p.. et fig.. (— Epit.: Annales des sc. nat. p. 121.)

21. Helix Xatartii *Farines.*

H. testā solida, striis (incrementi?) subtus luculentiori-

bus costulata, virescenti-flavida, inferius brunnescente, fascia anfractus ultimi fusca, punctis flavidis postice densioribus notata; apertura semiovali; peristomate albo, paulum reflexo; umbilico mediocri, subobsoleto. — *Th. M.*

Alt. 11 millim., diam. 18 millim.; aperturae alt. 10 millim., lat. 8 millim.

Similis h. arbustorum Linn., a qua umbilico differt. Anfractus paulum convexi. — Pertinet ad subgenus helicellae Fér. — Juniorum testa pellucida, fragilis, virescenti-flavida unicolor, profunde striata, umbilico fere obtecto.

Hab. in montibus Pyrenaicis Orientalibus praesertim in loco lo Coll de las molas dicto lateris Prats-de-Mollo, 1200 metra supra mare.

Farines, description de trois esp. p.. et fig.. (— Epit.: Annales des sc. nat. p. 122.)

7. ZONITES Montf. (hilicis L. pars).

1. Zonites Walkeri *J. E. Gray.*

Z. testā depressa, umbilicata, polita, flavo-brunnea; anfractibus tribus et dimidio citissime majoribus, ventricosis, tenuiter concentrice striatis; dorso striis densis spiralibus; umbilico profundo; apertura magna, fauce albida.

Axis 8 lin., diam. 1 unc.

Forma et magnitudine similis z. fuliginoso..

Hab. in Nova Hollandia, 70 millia passuum circiter a Fort Macquarrie.

Proceedings. 1834. p. 63.

8. CAROCOLLA Lam.

1. Carocolla globosa *W. J. Broderip.*

C. testā orbiculata, subcastanea, infra turgida, anfractu basali subangulato, scabriusculo; labro unidentato, reflexo, albo, dente magno; apertura fusco-castanea, umbilico mediocri.

Long. $\frac{7}{8}$ poll., lat. $2\frac{1}{8}$ poll.

Legit H. Cuming in sylvis insulae Tumaco Columbiae occidentalis.

Proceedings. 1832. p. 30.

2. Carocolla quadridentata *W. J. Broderip.*

C. testā orbiculata, fusca, anfractu basali turgido, angulato, scabro; labro subreflexo, albo, intus tridentato; apertura fusca, dente albo falcato armata; umbilico magno.

Long. $\frac{3}{8}$ poll., lat. $\frac{5}{8}$ poll.

Proxime ad c. labyrinthum Lam. accedit.

Legit H. Cuming in sylvis Americae centralis (Woods near the Gulf of Dulce).

Proceedings. 1832. p. 30.

3. Carocolla Novae Hollandiae *J. E. Gray.*

C. testā orbiculari, conica, subdepressa, subperforata, tenui, laevi, tenuissime elevato-punctata, pallide fulva; spira conica, convexa; anfractibus sex distinctis, fascia brunnea submediana; ultimo pallide angulariter carinato, antice convexo, circum axin saturate brunneo; apertura subangulata; peristomate pone carinam subinflexo, subincrassato, reflexo, nigro; labio interno tenui, brunneo; fauce albida, fascia pellucida.

Axis 9 lin., diam 14 lin.

E collectione J. E. Gray. — Hab. in Nova Hollandia, 200 millia passuum ab ostio fluvii Macquarrie.

Proceedings. 1834. p. 67.

9. BULIMUS Scop. (bulinus Stud.; Pythia Oken.)

1. Bulimus atomatus *J. E. Gray.*

B. testā ovata, acuta, tenui, imperforata, pallide brunnea, punctis triangularibus saepe strigosis notata; spira obtuse conica; anfractibus paulum elevatis; apertura elongata, tertia parte spiram superante; peristomate simplici; labio interno subreflexo; columella antice recta; fauce alba.

Axis $2\frac{1}{2}$ unc., diam. $1\frac{1}{4}$ unc.

Hab. in Nova Hollandia, 70 millia passuum circiter a Fort Macquarrie.

Proceedings. 1834. p. 64.

2. Bulimus rhodostomus *J. E. Gray.*

B. testā ovata, perforata, solida, striata, albida roseo-marmorata, periostraca tenui olivacea; sutura tenuiter crenulata; anfractibus fasciis duabus posticis obscuris latis; fauce rosea; peristomate paulum incrassato; axi antice saturate brunnea.

Axis $1\frac{1}{4}$ unc., diam. $\frac{3}{4}$ unc.

E collectione J. E. Gray. — Hab. in Nova Hollandia?

Proceedings. 1834. p. 65.

3. Bulimus crassilabris *J. E. Gray.*

B. testā ovata, acuta, laevi, polita, alba brunneo parum tincta; spira conica, apice obtuso subproducto; anfractibus convexiusculis; apertura parva; labio externo subincrassato, interno incrassato, calloso, subrepando, perforationem parvam linearem fere tegente.

Diam. $\frac{3}{4}$ unc.

E collectione J. E. Gray. — Patria desideratur.

Proceedings. 1834. p. 66.

4. Bulimus apiculatus *J. E. Gray.*

B. testā ovata, elongata, perforata, laevi, alba, strigis brunneis obliquis; spira conica, apice acutiusculo, saturate brunneo; ultimo anfractu obsoletissime albo-carinato; apertura spira breviore, subangusta; labio externo simplici, interno tenui, ante columellam parum reflexo, saturate brunneo.

Axis 10 lin., diam. $4\frac{1}{4}$ lin.

Similis b. Kingii..

E collectione J. E. Gray. — Patria desiderátur.

Proceedings. 1834. p. 66.

5. Bulimus pullus *J. E. Gray.*

B. testā ovata, subcylindrica, subimperforata, pellucida,

albida, tenuiter striata; apice conico, obtusiusculo, pellucido; anfractibus novem v. decem vix elevatis; apertura parva, subrotunda, semilunata; labiis subincrassatis rotundatis.

Axis 8 lin., diam. $2\frac{1}{2}$ lin.

Magnitudine valde variabilis, saepe multo minor.

E collectione J. E. Gray. — Hab. „in India Orientali ad ripas Gangis" dr. Royle.

Proceedings. 1834. p. 66.

6. Bulimus Burchellii *J. E. Gray.*

B. testā ovato-lanceolata, imperforata, alba, rugosiuscula; apice obtuso, subattenuato; anfractibus convexiusculis; apertura ovata, spira tertia parte breviore; labiis parum incrassatis, albis.

Axis 7 lin., diam. $2\frac{1}{2}$ lin.

Jun. anfractibus angulariter subcarinatis, labiis tenuibus.

E collectione J. E. Gray. — Hab. prope Lattacoo in Africa australi.

Proceedings. 1834. p. 66.

9. b. BULINUS Stud. (bulimus! Scop.; Pythia Oken.)

1. Bulinus Broderipii *G. B. Sowerby.*

B. testā ovato-pyramidali, tenui, albicante, nigro-fulvoque elegantissime maculata et variegata; anfractibus quinque, rapide crescentibus, paullulum ventricosis; sutura subconfluenti; superficie granulis minimis, longitudinaliter seriatim dispositis.

Var. testā nana, albicanti-rosacea, laeviore, maculis nigris majoribus et seriatim dispositis.

Long. $1\frac{3}{4}$ poll., lat. $1\frac{1}{8}$ poll.

Labium externum tenue, acutum.

Legit H. Cuming in fissuris rupium prope Copiapo Chilensium — var. nanam prope Iquiqui in Peruvia, 2500 pedes supra mare.

Proceedings. 1832. p. 30.

2. Bu-

2. Bulinus coturnix *G. B. Sowerby.*

B. testā globoso-pyramidali, anfractibus quatuor ad quinque, ventricosis, albicantibus, fusco-maculatis et variegatis; sutura distincta; superficie tenuissime transversim striata; umbilico parvo.

Long. $1\frac{1}{4}$ poll., lat. $\frac{7}{8}$ poll.

A b. Broderipii Sow. formā magis globosa et praesente umbilico facile differt. — Labium externum tenue, acutum.

Legit H. Cuming sub lapidibus in aridis apud Huasco Chilensium.

Proceedings. 1832. p. 30.

3. Bulinus Coquimbensis *W. J. Broderip.*

B. testā laevi, ovato-fusiformi, fragili, subdiaphana, albido-fusca, maculis strigisque nigro-fuscis sparsa; anfractibus sex, longitudinaliter striatis, ultimo maximo; labro acuto.

Long. $1\frac{9}{10}$ poll., lat. $\frac{4}{5}$ poll.

Labium externum tenue, acutum.

Legit H. Cuming in montibus ad Coquimbo.

Proceedings. 1832. p. 30.

4. Bulinus granulosus *W. J. Broderip.*

B. testā ovato-pyramidali, subpellucida, fusca, strigis fasciisque interruptis castaneo-nigris varia; anfractibus sex granulosis; labro acuto.

Long. $1\frac{7}{10}$ poll., lat. $\frac{9}{10}$ poll.

Labium externum tenue, acutum.

Nomen novum substituendum est, cum jam prior Sand. Rang granulosi nomen alii generis speciei tradiderit!

Legit H. Cuming subterraneum ad Valparaiso et in montibus Conceptionis.

Proceedings. 1832. p. 31.

5. Bulinus cactivorus *W. J. Broderip.*

B. testā fusiformi-pyramidali, albida, subpellucida, opalescente; anfractibus sex, subventricosis, longitudinaliter creberrime elevato-striatis; spirae apice subnigro.

Long. $\frac{7}{8}$ poll., lat. $\frac{1}{4}$ poll.

Labium externum tenue, acutum.

Legit H. Cuming ad montem Christe in Columbia.

Proceedings. 1832. p. 31.

6. Bulinus nitidus *W. J. Broderip.*

B. testā fusiformi, subpellucida, nitide albida, strigis frequentibus longitudinalibus castaneo-fuscis varia; anfractibus sex, longitudinaliter striatis; apice subnigro; labro acuto.

Long. $1\frac{1}{5}$ poll., lat. $\frac{4}{5}$ poll.

Testa paulisper opalescens. — Labium externum tenue, acutum.

Legit H. Cuming in Peruvia (Tumbez).

Proceedings. 1832. p. 31.

7. Bulinus translucens *W. J. Broderip.*

B. testā oblongo-pyramidali, levissime transversim striata, pallide flava, valde pellucida; anfractibus quinque, subventricosis.

Long. $\frac{7}{8}$ poll., lat. $\frac{1}{2}$ poll.

Labium externum tenue, acutum.

Legit H. Cuming arboribus adhaerentem in America meridionali (King's and Saboga Islands, Bay of Panama.)

Proceedings. 1832. p. 31.

8. Bulinus guttatus *W. J. Broderip.*

B. testā fusiformi, pellucide fusca, guttis lineisque longitudinalibus albis varia; anfractibus sex; apice papillari et quasi elephantino.

Long. $\frac{7}{8}$ poll., lat. $\frac{3}{8}$ poll.

Labium externum tenue, acutum.

Legit H. Cuming in Peruvia (Cobija or Puerto De la Mar).

Proceedings. 1832. p. 31.

9. Bulinus vittatus *W. J. Broderip.*

B. testā pyramidali, albida, subdiaphana, vittis latis fuscis circumdata, anfractibus septem, turgidis, longitudi-

naliter levissime striatis; labro acuto; umbilico mediocri; apertura carnea.

Long. $1\frac{1}{10}$ poll., lat. $\frac{7}{10}$ poll.

Labium externum tenue, acutum.

Legit H. Cuming in Peruvia (Ilo).

Proceedings. 1832. p. 31.

10. Bulinus scalariformis *W. J. Broderip.*

B. testā pyramidali, subfusca, anfractibus quinque, subturgidis, creberrime longitudinaliter costatis; labro acuto; umbilico magno.

Var. testā fusca, fasciis et lineis transversis albis.

Long. $\frac{1}{2}$ poll., lat. $\frac{3}{10}$ poll:

Labium externum tenue, acutum.

Legit H. Cuming in Peruvia (Ancon).

Proceedings. 1832. p. 31.

11. Bulinus vexillum *W. J. Broderip.*

B. testā pyramidali, albente, vittis castaneis fasciata; anfractibus sex levissime longitudinaliter striatis; umbilico subobsoleto.

Long. $\frac{11}{12}$ poll., lat. $\frac{1}{2}$ poll.

Labium externum tenue, acutum.

Legit H. Cuming in sinu Panamae (King's and Saboga Islands).

Proceedings. 1832. p. 105.

12. Bulinus pustulosus *W. J. Broderip.*

B. testā fusiformi, e fusco albente, subdiaphana; anfractibus sex, striis moniliformibus frequentibus longitudinalibus; umbilico mediocri.

Long. $\frac{7}{12}$ poll., lat. circa $\frac{1}{4}$ poll.

Labium externum tenue, acutum.

Legit H. Cuming sub lapidibus, in Chili (Huasco).

Proceedings. 1832. p. 105.

13. Bulinus Panamensis *W. J. Broderip.*

B. testā ovato-fusiformi, subglabra, diaphana, pallide fulva; anfractibus sex, subventricosis, labro vix subreflexo.

Long. 1 poll., lat. $\frac{1}{2}$ poll.

Labium externum tenue, acutum.

Legit H. Cuming in sinu Panamae (King's and Saboga Islands).

Proceedings. 1832. p. 105.

14. Bulinus albicans *W. J. Broderip.*

B. testā ovato-ventricosa; subpellucida, fusca lineolis strigisque longitudinalibus albis varia; anfractibus sex longitudinaliter striato-rugosis; columella et fauce rubro-castaneis; umbilico mediocri.

Long. $\frac{3}{4}$ poll., lat. $\frac{7}{12}$ poll.

Colore similis b. guttato Brod. — Labium externum tenue, acutum.

Legit H. Cuming ad Copiapo, Chili.

Proceedings. 1832. p. 105.

15. Bulinus affinis *W. J. Broderip.*

B. testā valde fusiformi, pellucide fusca, albo-fucata, longitudinaliter striato-rugosa; umbilico obsoleto.

Long. 1 poll., lat. $\frac{1}{2}$ poll.

Labium externum tenue, acutum.

Legit H. Cuming bis mille pedes supra mare in Peruvia (Mexillones, desert of Atacama).

Proceedings. 1832. p. 106.

16. Bulinus modestus *W. J. Broderip.*

B. testā pyramidali, turrita, elongata, tenui, subalbida lineolis castaneis longitudinalibus frequentibus varia; anfractibus octo, longitudinaliter striatis; umbilico mediocri; epidermide tenui.

Long. $1\frac{3}{8}$ poll., lat. $\frac{7}{12}$ poll.

Labium externum tenue, acutum.

Legit H. Cuming ad parvos frutices in montibus Peruviae (Huacho).

Proceedings. 1832. p. 106.

17. Bulinus scutulatus *W. J. Broderip.*

B. testā pyramidali, tenui, albida vel fulva, lineis,

maculis fasciisque castaneis interruptis scutulata; anfractibus octo subrotundatis longitudinaliter striatis; umbilico subobtecto.

Long. $\frac{4}{5}$ poll., lat. $\frac{1}{2}$ poll.

Labium externum tenue, acutum.

Legit H. Cuming ad helianthi L. speciem in collibus Peruviae (Islay).

Proceedings. 1832. p. 106.

18. Bulinus turritus *W. J. Broderip.*

B. testā turrita, imperforata; anfractibus decem substriatis, albidis castaneo-fasciatis.

Long. $\frac{11}{12}$ poll., lat. $\frac{1}{3}$ poll.

Species turritellam Lam. mentiens. — Labium externum tenue, acutum.

Legit H. Cuming sub lapidibus in montibus Peruviae (Truxillo).

Proceedings. 1832. p. 106.

19. Bulinus pulchellus *W. J. Broderip.*

B. testā elongata; anfractibus septem, longitudinaliter elevato-striatis, albidis, ultimo trifasciato, caeteris bifasciatis, fasciis subnigro-castaneis; umbilico mediocri.

Long. $1\frac{2}{3}$ poll., lat. $\frac{1}{2}$ poll.

Labium externum tenue, acutum.

Legit H. Cuming in aloe L. quadam, quingentos pedes supra mare, in montibus Peruviae (Truxillo).

Proceedings. 1832. p. 106.

20. Bulinus erosus *W. J. Broderip.*

B. testā ovato-pyramidali, albicante, sparsim diaphana, quasi erosa; anfractibus sex, ventricosis, longitudinaliter subrugoso-striatis; apice solidulo, subpapillari.

Long. $\frac{11}{12}$ poll., lat. $\frac{1}{2}$ poll.

Labium externum tenue, subreflexum, acutum.

Legit H. Cuming sub lapidibus, 2500 pedes supra mare, in Peruvia (Huantajaya near Iquiqui).

Proceedings. 1832. p. 106.

21. Bulinus derelictus *W. J. Broderip.*

B. testā ventricoso-pyramidali, albida, subdiaphana; anfractibus sex, longitudinaliter striatis; apice solidulo, subpapillari; umbilico magno.

Long. $\frac{1}{2}$ poll., lat. $\frac{5}{8}$ poll.

Labium externum tenue, subreflexum, acutum.

Legit H Cuming in nudis rupibus ad Cobijam Boliviae (Puerto del Mar).

Proceedings. 1832. p. 107.

22. Bulinus varians *W. J. Broderip.*

B. testā elongata, subnitida, castanea, maculis strigisque albis varia; anfractibus octo, longitudinaliter striatis; umbilico mediocri.

Long. $1\frac{3}{10}$ poll., lat. $\frac{5}{12}$ poll.

Labium externum tenue, subreflexum, acutum.

Legit H. Cuming in eadem aloes L. specie qua b. pulchellum Brod., in montibus Peruviae (Truxillo).

Proceedings. 1832. p. 107.

23. Bulinus tigris *W. J. Broderip.*

B. testā cylindrico-fusiformi, nitida, subglabra, fulvo-albente, longitudinaliter castaneo-strigata; anfractibus septem, longitudinaliter striatis; columella subcallosa; umbilico tantum non obtecto.

Long. $1\frac{1}{2}$ poll., lat. $\frac{1}{2}$ poll.

Similis b. varianti Brod. — Labium externum tenue, subreflexum, acutum.

Legit H. Cuming in dumetis montium Peruviae (Truxillo).

Proceedings. 1832. p. 107.

24. Bulinus proteus *W. J. Broderip.*

B. testā ovato-acuta, sordide albida, fulvo-maculata; anfractibus sex, creberrime longitudinaliter granuloso-striatis, ultimo maximo, ventricoso; umbilico magno; epidermide tenui.

Var. β: granulis striisque paullo elevatioribus, subalbidis.

Var. γ: albida, fasciis castaneis.

Var. δ: nana, albida fasciis interruptis, sordide castaneis.

α long. $1\frac{3}{4}$ poll., lat. $1\frac{1}{5}$ poll. — β long. $1\frac{7}{12}$ poll., lat. 1 poll. — γ long. $1\frac{3}{8}$ poll., lat. $\frac{3}{4}$ poll. — δ long. $1\frac{1}{10}$ poll., lat. $\frac{3}{5}$ poll.

Labium exterius subreflexum.

Legit H. Cuming omnes sub lapidibus, in Peruviae montibus (α, β, γ: St. Jacinta, near Samanco; δ: Pacosmayo).

Proceedings. 1832. p. 107.

25. Bulinus mutabilis *W. J. Broderip.*

B. testā cylindrico-attenuata, subalbida, castaneo-strigato-maculata; anfractibus septem, creberrime granuloso-striatis; umbilico mediocri; epidermide fusca.

Var. β: albo-castaneoque alternatim fasciata, fasciis castaneis, albo-maculatis.

α long. $1\frac{1}{2}$ poll., lat. $\frac{3}{4}$ poll. — β long. $1\frac{1}{4}$ poll., lat. $\frac{5}{8}$ poll.

Labium exterius subreflexum.

Legit H. Cuming sub lapidibus, α in montibus Peruviae (Santos), β in Peruvia (Campania of Truxillo).

Proceedings. 1832. p. 108.

26. Bulinus versicolor *W. J. Broderip.*

B. testā ovato-pyramidali, albida maculis castaneis, vel castanea maculis albidis varia; anfractibus sex, minutissime longitudinaliter subdepresso-granuloso-striatis; labio exteriore albente; fauce subnigro-castanea; umbilico mediocri; epidermide tenui.

Var. β: fasciā albida basali.

Long. $1\frac{1}{8}$ poll., lat. $\frac{5}{8}$ poll.

Colore variabili et aliquatenus habitu similis b. multicolori King (helici multicolori Rang). — Labium exterius subreflexum.

Legit H. Cuming in dumetis montium Peruviae (Mongon, near Casma).

Proceedings. 1832. p. 108.

27. Bulinus rubellus *W. J. Broderip.*

B. testā tenui, diaphana subpyramidali, pallide rubra, obscure albido-maculosa; anfractibus septem, longitudinaliter striatis; umbilico mediocri.

Long. $1\frac{1}{8}$ poll , lat. $\frac{5}{12}$ poll.

Labium exterius acutum.

Legit H. Cuming ad frutices in montibus Peruviae (Truxillo).

Proceedings. 1832. p. 124.

28. Bulinus nux *W. J. Broderip.*

B. testā pyramidali, fusca; anfractibus septem, longitudinaliter rugosis; umbilico mediocri.

Long. $\frac{5}{6}$ poll., lat. $\frac{3}{4}$ poll.

Labium exterius acutum.

Legit H. Cuming ad frutices, ad insulas Gallapagos Charles's Island).

Proceedings. 1832. p. 125.

29. Bulinus Chilensis *G. B. Sowerby jun.*

B. testā ovali, cinerascenti-fulva, albido-variegata; anfractibus quatuor, minutissime rugulosis, ultimo maximo; sutura crenulata; apertura elliptica; peritremate reflexo, albente.

Long. 1·4 poll., lat. 0·75 poll.

Legit H. Cuming sub lapidibus, ad Coquimbo.

Proceedings. 1833. p. 36.

30. Bulinus punctulifer *G. B. Sowerby.*

B. testā ovato-oblonga, subacuminata, albida, minutissime rugulosa; epidermide tenuissima flavicante induta; punctulis nigricantibus, seriatim dispositis, sparsim ornata; anfractibus quinque, ventricosiusculis, sutura sub-impressa; apertura elliptica, superne acuminata, peritremate tenui.

Long. 1·5 poll., lat. 0·75 poll.

Legit H. Cuming sub lapidibus in Chili (Questa Prado).

Proceedings. 1833. p. 36.

31. Bulinus rugiferus *G. B. Sowerby.*

B. testā turrito-pyramidali, brunnea; anfractibus octo, longitudinaliter rugulosis; sutura distincta; apertura subovali; labio externo tenui, irregulari; umbilico parvo.

Long. 0·5 poll., lat. 0·2 poll.

Legit H. Cuming inter scorias ad insulam Jacobi inter Gallapagos insulas.

Proceedings. 1833. p. 36.

32. Bulinus pruinosus *G. B. Sowerby.*

B. testā ovato-oblonga; tenui, cornea, albo-varia; anfractibus quinque, ventricosis; sutura profunda; apertura elliptica, superne acuminata; umbilico parvo; labio tenui.

Long. 0·55 poll., lat. 0·3 poll.

Legit H. Cuming in rupibus montium Cobija Peruviae.

Proceedings. 1833. p. 36.

33. Bulinus Laurentii *G. B. Sowerby.*

B. testā ovato-pyramidali, tenui, albicante, transversim fusco-fasciata; anfractibus quinque, laevibus, ventricosis, gradatim majoribus; sutura distincta; apertura fere circulari; umbilico mediocri; labio tenui.

Var. β: testā omnino albicante.

Long. 0·55 poll., lat. 0·3 poll.

Nominatum a loco, insula Sti. Lorenz-i.

Legit H. Cuming ad saxa montium, in Peruvia (Island of San Lorenzo, Bay of Callao), 2500 pedes supra mare.

Proceedings. 1833. p. 37.

34. Bulinus unifasciatus *G. B. Sowerby.*

B. testā ovato-subpyramidali, tenui, pellucida, brunnea, fascia unica albida; anfractibus quinque v. sex, ventricosis, longitudinaliter striatis, nitidis; apertura elliptica, superne acuminata; labio tenui; umbilico parvo.

Long. 0·8 poll., lat. 0·45 poll.

Legit H. Cuming lavae adhaerentem, ad insulas Gallapagos (Charles's Island and the Gallapagos).

Proceedings. 1833. p. 37.

35. Bulinus bilineatus *G. B. Sowerby.*

B. testā ovato-oblonga, teniuscula, pallescente, lineis duabus brunneis transversis, interstitio albo; anfractibus sex v. septem, laevibus, ventricosis, longitudinaliter striatis; sutura distincta; apertura ovata; labio tenui; umbilico parvo.

Long. 0·65 poll., lat. 0·25 poll.

Variat coloribus saturatioribus, pallidioribus.

Legit H. Cuming sub lapidibus et in terra subter fruticibus, ad St. Elenam, et in Columbia occidentali (Island of Plata).

Proceedings. 1833. p. 37.

36. Bulinus corneus *G. B. Sowerby.*

B. testā ovata, obtusa, tenui, pellucida, cornea; anfractibus quinque vel sex, ventricosis, longitudinaliter striatis, laevibus; sutura distincta; apertura ovata; labio tenui; umbilico mediocri.

Long. 0·6 poll., lat. 0·3 poll.

Legit H. Cuming sub caespite flaccido, in America centrali (at Real Llejos).

Proceedings. 1833. p. 37.

37. Bulinus erythrostoma *G. B. Sowerby.*

B. testā ovato-subglobosa, alba; spira obtusa, conica; anfractibus quinque, ventricosis, minutissime granosis; apertura elliptica, intus rubente; labio tenui; umbilico magno.

Long. 0·8 poll., lat. 0·6 poll.

Legit H. Cuming sub fruticibus, apud Huasco Chiliae.

Proceedings. 1833. p. 37.

38. Bulinus chrysalidiformis *G. B. Sowerby.*

B. testā ovato-oblonga, medio ventricosiore, tenui, laevigata, alba, sutura labioque externo reflexo brunneis; anfractibus sex v. septem, rotundatis; apertura longiuscula; umbilico minimo.

Long. 2·9 poll., lat. 1·1 poll.

Hab. in America meridionali. H. Cuming unum specimen non a seipso lectum reportaverat sine loci relatione.

Proceedings. 1833. p. 37.

39. Bulinus discrepans *G. B. Sowerby.*

B. testā oblonga, subacuminata, albicante, nitidiuscula; anfractibus quinque v. sex, gibbosiusculis, lineis fuscis, obliquis, irregulariter pictis, transversis, duabus inferioribus subdistantibus, apertura subovata, superne subacuminata.

Long. 0·7 poll., lat. 0·33 poll.

Similis b. nitido Brod.

Legit H. Cuming sub cortice arborum in America centrali (Conchagua).

Proceedings. 1833. p. 72.

40. Bulinus calvus *G. B. Sowerby.*

B. testā oblonga, subturrita, pallescenti-brunnea; anfractibus septem breviusculis, rotundatiusculis; apertura elliptica, margine interna incrassata; umbilico mediocri.

Long. 0·6 poll., lat. 0·25 poll.

Variat linea spirali albicante.

Legit H. Cuming ad insulas Gallapagos.

Proceedings. 1833. p. 72.

41. Bulinus ustulatus *G. B. Sowerby.*

B. testā oblonga, subacuminata, fusco-nigricante; anfractibus sex v. septem gibbosiusculis, lineis nonnullis pallescentibus pictis; apertura elliptica, columella crassiuscula, albicante, margine acuta.

Long. 0·6 poll., lat. 0·3 poll.

Variat linea spirali pallida.

Legit H. Cuming sub particulis lavae, ad insulas Gallapagos.

Proceedings. 1833. p. 72.

42. Bulinus pallidior *G. B. Sowerby.*

B. testā oblonga, subacuminata, tota albicante; anfractibus sex, gibbosiusculis, ultimo maximo, inferioribus

postice marginatis; apertura oblonga, intus pallide brunnea, peritremate reflexo, antice expanso, umbilicum mediocrem suboccultante.

Long. 1·6 poll., lat. 0·7 poll.

Accepit H. Cuming in America meridionali, sed locum non comperit.

Proceedings. 1833. p. 72.

43. Bulinus Luzonicus *G. B. Sowerby.*

B. testā oblonga, subacuminata, alba, apice obtuso, brunnescente; anfractibus quinque, laevibus, planulatis, inferioribus fusco-cingulatis; apertura infra rotundata, peritremate reflexo, cingulo fusco, intus notabili.

Mensura desideratur.

Unum specimen, fasciis tribus, erat in collectione Humphrey, qui (tantum in collectione sua?!) nomen dedit chersina abbreviata. Nisi typis mandatum, nomen parum utiliter heic proclamatur!

Legit H. Cuming ad insulam Luçon Philippinarum.

Proceedings. 1833. p. 73.

44. Bulinus conspersus *G. B. Sowerby.*

B. testā ovato-subacuminata, tenui, cornea, apice obtusiusculo; anfractibus sex, rotundatis, albido-guttulatis et lineatis; apertura ovata, coloribus concoloribus picta; peritremate acuto, tenui; umbilico parvo.

Long. 0·65 poll., lat. 0·4 poll.

Variat magis et minus ventricosa.

Legit H. Cuming in collinis prope Lima Peruviae.

Proceedings. 1833. p. 73.

45. Bulinus albus *G. B. Sowerby.*

B. testā ovato-ventricosa, alba, ore nonnunquam carneo; apice, obtuso; anfractibus quinque, rotundatis, laevibus, sutura distincta; apertura ovali, peritremate tenui, acuto; umbilico minimo.

Long. 0·8 poll., lat. 0·5 poll.

Variat punctulis corneis conspersa.

Legit H. Cuming in arenosis prope Copiapo.
Proceedings. 1833. p. 73.

46. Bulinus striatulus *G. B. Sowerby.*

B. testā oblongo-acuminata, albicante, subfusco-tessellata; apice obtusiusculo; anfractibus sex v. septem, rotundatis, longitudinaliter striatis, striis elevatiusculis, exilibus; apertura oblonga, peritremate tenui, acuto.

Long. 0·9 poll., lat. 0·45 poll.

Legit H. Cuming sub lapidibus, in collinis prope Lima.
Proceedings. 1833. p. 73.

47. Bulinus decoloratus *G. B. Sowerby.*

B. testā oblonga, subacuminata, albida, tenuissima; anfractibus quinque v. sex, longitudinaliter striatis, gibbosiusculis; cingulis nonnullis interruptis fuscescentibus; apertura ovali, margine acuta; umbilico minimo.

Long. 0·5 poll., lat. 0·25.

Legit H. Cuming sub fruticibus prope Lima Peruviae.
Proceadings. 1833. p. 73.

48. Bulinus unicolor *G. B. Sowerby.*

B. testā oblonga, cornea, tenui, apice obtuso; anfractibus sex, ventricosis, striatis, suturis distinctis; apertura ovata, margine tenui, acuta; umbilico parvo.

Long. 0·8 poll., lat. 0·3 poll

Legit H. Cuming in foliis marcidis, ad insulam Perico in sinu Panamensi.

Proceedings. 1833. p. 73.

49. Bulinus Jacobi *G. B. Sowerby.*

B. testā oblonga, tenui, fusca, nonnunquam albido-bilineata; anfractibus sex, ventricosis, minutissime granosis, granulis seriatis; sutura profunde impressa; apertura ovata, peritremate tenui, labio interno partim supra umbilicum magnum expanso.

Long. 0·55 poll., lat. 0·3 poll.

Legit H. Cuming sub scoriis ad insulam Jacobi inter Gallapagos.

Proceedings. 1833 p. 74.

50. Bulinus scabiosus *G. B. Sowerby.*

B. testā oblongo-pyramidali, brunnea, apice saturatiore, albido-guttata et maculata; anfractibus septem, subventricosis, sutura leviter impressa; apertura subovali, peritremate tenui; umbilico parvo.

Mensura desideratur.

Similis b. pupiformi Brod.

Legit H. Cuming sub lapidibus ad Cobijam.

Proceedings. 1833. p. 74.

51. Bulinus Adamsonii *J. E. Gray.*

B. testā ovato-conica, subtenui, purpurascenti-albida, purpureo-nebulosa, maculis oblongis purpureis albisque bifasciata; anfractibus convexiusculis; apertura ovata, antice subeffusa; labro subincrassato, purpureo; labio purpurascenti-nigro; columella antice recta; gula alba; periostraco olivaceo.

Axis $3\frac{3}{4}$ unc., diam. 2 unc.

Nominatum in memoriam Adamson in Newcastle. — Similis b. phasianellae.

E collectione Adamson. — Hab. in Parremo apud vulcanum Tolyma ad Andes orientales.

Proceedings. 1833. p. 123.

52. Bulinus leucostoma *G. B. Sowerby.*

B. testā ovata, ventricosa, antice latiore, postice obtusa; anfractibus quatuor, primis longitudinaliter subsulcatis, ultimo maximo, laevi, omnibus olivaceo-fuscis, sutura pallidiore, crenulata; apertura oblonga, postice acuminata, peritremate reflexo, albo.

Long. 2·6 poll., lat. 1·4 poll

J. E. Gray arbitratur, hanc speciem esse b. granulosum Rang.

E collectione dr. Miller. — Hab. „in provincia Peruviae Xagua dicta.“ Matthews.

Proceedings. 1834. p. 141.

53. Bulinus badius *G. B. Sowerby.*

B. testā ovata, ventricosa, postice subacuminata; anfractibus quinque, rotundatis, longitudinaliter striatis, fulvescentibus, fusco-fasciatis, fasciis interruptis; umbilico minimo; apertura ovata, postice subacuminata; peritremate tenui, acuto.

Long. 1 poll., lat. 0·1 poll.

E collectionibus drr. Miller, Cuming et Sowerby. — Hab. „in provincia Peruviae Xagua dicta“. Matthews.

Proceedings. 1834. p. 141.

54. Bulinus bicolor *G. B. Sowerby.*

B. testā oblonga, postice subacuminata, pallescente, fasciis interruptis fuscis; anfractibus quinque, subventricosis, ultimo majore, umbilico minimo; apertura subovata; postice acuminata; peritremate tenui, subacuto.

Long. 0·9 poll., lat. 0·4 poll.

E collectione dr. Miller, unde et Cuming et Sowerby. — Hab. „in provincia Peruviae Xangua dicta.“ Matthews.

Proceedings. 1834. p. 141.

10. ACHATINA Lam.

1. Achatina dactylus *W. J. Broderip.*

Ach. testā fusiformi, subpellucida, flavescente, strigis rubro-castaneis longitudinalibus raris; anfractibus septem, striis longitudinalibus minutissime crenulatis crebris, et suturam versus crenulatam lineis circiter sex transversis.

Long. $2\frac{1}{5}$ poll., lat. $\frac{7}{10}$ poll.

Legit H. Cuming in insula Tumaco Americae meridionalis.

Proceedings. 1832. p. 32.

2. Achatina Saulcydi *de Joannis.*

Ach. testā solidiuscula, ovata; anfractibus septem, valde

convexis, ultimo ceteros aequante, supra fusco-violaceo, fasciolis flavidis interrupto, infra coeruleo-albido, fusco-undulato; spirae apice mamillari, sordide albo; striis incrementi irregularibus rugosa; apertura ovali, fusco-fulva; labio angulato; labro simplici. — *Th. M.*

Long. 7 decim., lat. 5 decim.

Habitus bulimi Scop. — Specimen cicatricibus obsitum.

Hab. in sinu Guineensi, ad insulam Principis.

Guérin, magasin de zoolog. II. class. V. (nr. 50 et) pl. 50.

11. LIGUUS Montf. (achatinae Lam. pars.)

1. Liguus tenuis *J. E. Gray.*

L. testā ovata, subturrita, tenuissima, alba, pellucida, periostraca tenui glabra flava induta; spira conica, apice obtuso, subproducto; anfractibus convexis, ultimo obsoletissime carinato, antice purpurascenti-brunneo; columella antice tenui, rectiuscula.

Axis 15 lin., diam. 9 lin.

Similis helici flammigerae Fér. (moll. t. 118. flg. 5.)

E collectione J. E. Gray. — Hab. in Africa?

Proceedings 1834. p. 66.

TRIB. II. DICERA Mke.

12. PARTULA Fér.

1. Partula hyalina *W. J. Broderip.*

P. testā oblonga, hyalina, anfractibus sex, longitudinaliter levissime striatis et transversim minutissime creberrimeque lineatis; labro albo.

Long. $\frac{9}{10}$ poll., lat. $\frac{3}{10}$ poll.

Legit H. Cuming in Polygnesia (Oheataroa).

Proceedings. 1832. p. 32.

2. Partula rosea *W. J. Broderip.*

P. testā ovato-pyramidali, rosea; anfractibus sex, longi-

gitudinaliter substriatis, lineis creberrimis subdecussatis, ultimo maximo, epidermide tenui.

Var. α: purpureo-fusca.

Var. β: albida, suturis et anfractus ultimi basi roseis; epidermide flava.

Long. $\frac{7}{8}$ poll., lat. $\frac{1}{2}$ poll.

Legit H. Cuming ad theam L., in insula Huaheine.

Proceedings. 1832. p. 125.

3. Partula auriculata *W. J. Broderip.*

P. testā perforata, ovato-pyramidali, castanea, anfractibus sex, subventricosis, longitudinaliter striatis: apertura alba, quasi auriculata, labiis complanatis, crassis; dente in anfractus basalis faciem internam albo.

Var. flavicans, aperturae margine externo subroseo.

Long. $\frac{3}{4}$ poll., lat. $\frac{1}{2}$ poll.

Legit H. Cuming ad frutices in insula Huaheine.

Proceedings. 1832. p. 125.

4. Partula varia *W. J. Broderip.*

P. testā ovato-pyramidali, subglabra, levissime longitudinaliter substriata, subdiaphana, fusca, fusco-subviridi-fasciata, vel anfractibus superioribus fuscis, ultimo flavente.

Long. $\frac{5}{6}$ poll., lat. $\frac{5}{12}$ poll.

Legit H. Cuming in fruticibus, in insula Huaheine.

Proceedings. 1832. p. 125.

SUBORD. III. LIMNOPHILA Mke.

FAM. IV. LIMNAEACEA Mke.

13. PLANORBIS O. F. Müller.

1. Planorbis Peruvianus *W. J. Broderip.*

Pl. testā discoidea, pellucida, utrinque concava, anfractus basalis parte ultima subdepressa; apertura subgibba, subdilatata.

Long. $\frac{2}{3}$ poll., lat. $\frac{1}{3}$ poll.

Legit H. Cuming in Peruvia (Malabriga, province of Truxillo).

Proceedings. 1832. p. 125.

2. Planorbis exustus *G. P. Deshayes.*

Pl. testā orbiculata, utroque latere depressa, subtus concaviuscula; anfractibus convexis, tenue striatis, obliquatis; apertura semilunari, obliqua, alba; colore externo fusco, subcorneo.

Diam. 16 millim.

Similis pl. orientali Oliv.

Legit Ch. Bélanger in littoribus paludosis Malabaricis.

Bélanger voyage, zoologie. p. 417. et pl. I. fig. 11. 12. 13.

3. Planorbis antrorsus *T. A. Conrad.*

Pl. testā dextrorsa, non depressa, anfractibus tribus; anfractu ultimo ad aperturam subito dilatato; spira profunde impressa („indented"), concava, cum anfractu ultimo angulum formante; anfractibus interioribus angulatis; umbilico profundo, angulato; apertura longitudinaliter subovata, dilatata. — *Th. M.*

Mensura desideratur.

Hab. ad rupes calcareas in sinu Randon prope Claiborne Alabamae.

Silliman American journal. Vol. XXV. p. 343.

4. Planorbis vorticulus *F. H. Troschel.*

Pl. testā dextrorsa, cornea, pellucidissima, latere dextro plana, sinistro concava; carina nulla; anfractibus sensim paullo dilatatis; apertura subcordato-ovata.

Diam. $1\frac{1}{2}$ lin., lat. $\frac{1}{4}$ lin.

Proxime affinis pl. vortici O. F. Müll. — Animal auctor non vidit. Testa angustissima, angustior quam vorticis, pallide cornea, glabra, tenuissime transversim striata; anfractus quinque aperturam versus paullo dilatati, dextrum latus planum, sinistrum minus planum, concaviusculum; suturae profundae. Anfractus ultimus carina carens rotunda-

tior, neque (ut in pl. vortice Müll.) ad antecedentem dextre applicatus; apertura igitur ovata, antecedentis anfractus segmento subcordata.

Legit Graff rarissimum (prope Berolinum).

Troschel, de lymnaeaceis. p. 51.

14. PHYSA Drap. (bulinus Adans.; bullinns Oken).

1. Physa pomilia (sic!) *T. A. Conrad.*

Ph. testā cornea, polita; anfractibus quatuor; spira brevi, conica; anfractu ultimo ventricoso; apertura patula. — *Th. M.*

Mensura desideratur.

Accedens ad ph. heterostropham Say, sed minor et tenuior.

Hab. ad rupes calcareas in sinu Randon prope Claiborne Alabamae.

Silliman American journal. Vol. XXV. p. 343.

15. LIMNAEUS Menke (lymnaea Lam.; limneus Drap.; limnea alior.)

1. Limnaeus cinctus *F. H. Troschel.*

L. testā dextrorsa, ovato-oblonga, fere inumbilicata, striata, fusca, fere cuprea; anfractibus quinque; suturis satis excavatis; spira exserta, acuta; apertura ovata.

Long. 4 lin., lat. 2 lin.

Animal e nigro virescens, punctis albis conspersa; oculi nigri, tuberculis albidis circumdati; discus corona albida cinctus, quae tuberculis multis et continuis efficitur; long. disci 2 lin., tentaculorum $\frac{1}{2}$ lin. — Ovorum acervi minusculi, subglobosi, longi $1\frac{1}{2}$ lin., lati fere totidem, continentes ova 6 ad 10.

Similis l. palustri Drap., transitum refert ad l. minutum Drap.

Forsan l. fuscus Pfeiff. (I. p. 92. t. IV. fig. 25.)?

Auctoris erat, speciem novam heic sese constituisse, indicare!

(Legit F. H. Troschel) in litore lacus Wannen-See, ab Havelia facti, ad viam Postampiensem prope Berolinum.

Troschel, de lymnaeaceis. p. 58.

15. *b.* LIMNEA (Desh?) (limneus Drap.; limnaeus Menke; lymnaea Lam.)

1. Limnea succinea *G. P. Deshayes.*

L. testā ovato-acuta, tenuissima, fragili, succinea, laevigata; spira acuta; anfractibus convexiusculis, ultimo maximo; apertura ovato-acuta, basi dilatata; marginibus integris tenuissimis, acutis; columella contortuplicata.

Long. 22 millim., lat. 12 millim.

Legit Ch. Bélanger in fluviis rivisque ad littora Malabarica.

Bélanger voyage, zoologie. p. 418. et pl. II. fig. 13. 14.

2. Limnea lineata *W. Bean.*

L. testā oblongo-ovata, subventricosa, perforata, lineis anfractus ultimi circa duodecim prominulis, transversis, saepe bifurcatis, striis longitudinalibus numerosis decussatis; anfractibus quatuor; spira brevi acuta; apertura ovata; labro tenui; labio reflexo. — *Th. M.*

Var. testā sinistrorsa.

Long. max. 6 lin., lat. 4 lin.

Similis limneo peregro Drap., a quo differt magnitudine minori, colore obscuriore, et crassitie. — Ventris lineae raro obsoletae, rarius nullae.

Hab. in lacu prope Scarborough in Britannia.

Loudon, magazine of nat. hist. art. VI. p. 493. et icon lign. adpos.

ORD. VI. COELOPNOA OPERCULATA Mkc.
(Phaneropneumona Gray.)

FAM. II. CYCLOSTOMACEA Mkc.

16. CYCLOSTOMA Lam. (annularia Schum.)

1. Cyclostoma Cumingii *G. B. Sowerby.*

C. testā orbiculari, subdepressa, albicante, epidermide fusca; spira elevatiuscula, cornea; anfractibus quinque vel sex, rotundatis, spiraliter sulcatis; sutura subdecurrente; apertura fere circulari, obliqua, alba, superne subacuminata, peritremate simplici subincrassato; umbilico maximo; operculo corneo, tenui, spirali, anfractibus plurimis, margine fimbriato.

Long. $1\frac{1}{10}$ poll., lat. 2 poll.

Legit H. Cuming in insula Tumaco Americae meridionalis.

Proceedings. 1832. p. 32.

2. Cylostoma succineum *G. B. Sowerby.*

C. testā parva, orbiculato-pyramidali, laevi, succinea; anfractibus quinque rotundatis; sutura distincta; apertura rotundata, margine basali interna angulata; peritremate tenui, acuto; umbilico parvo, margine carinato.

Long. $\frac{1}{5}$ poll., lat. $\frac{3}{20}$ poll.

Legit H. Cuming in Polynesia (Opara).

Proceedings. 1832. p. 32.

3. Cyclostoma minutissimum *G. B. Sowerby.*

C. testā globoso-pyramidali, fulva, apice nigro; anfractibus tribus rotundatis; sutura profunda; apertura circulari; peritremate acuto; umbilico nullo; operculo corneo.

Mensura desideratur. Est autem generis hucusque minima species.

Legit H. Cuming in insula Pitcairn.

Proceedings. 1832. p. 32.

4. Cyclostoma flavum *W. J. Broderip.*

C. testā subglobosa, flava, crassiuscula, anfractibus quinque, creberrime fasciato-striatis; striis elevatis; umbilico parvo; operculo corneo.

Long. $\frac{3}{10}$ poll., lat. totidem.

Adspectum praebet testae marinae et quidem littorinae Fér. similem, praesertim respectu operculi.

Legit H. Cuming vivum sub terra ad radices palmae, a mari remotum, in Annaa.

Proceedings. 1832. p. 59.

5. Cyclostoma Indicum *G. P. Deshayes.*

C. testā orbiculata, turbinata, apice acuta, transversim striata; striis grossiusculis distantibus; anfractibus convexis, fusco-marmoratis, ad peripheriam linea nigra distinctis; apertura aurantia, circulari; marginibus incrassatis, dilatatis.

Diam. 40 millim.

Legit Ch. Bélanger in imis arborum truncis in collibus insulae Elephanta, ad Bombay.

Bélanger voyage, zoologie. p. 415. et pl. I. fig. 4. 5.

6. Cyclostoma aurantiacum *G. P. Deshayes.*

C. testā conica, elongata, turrita, apice acuta, basi perforata, leviter striata; anfractibus planis, ultimo ad peripheriam subcarinato; apertura ovato-circulari, intus lutea; marginibus incrassatis albidis; colore externe crocea.

Long. 9 ad 10 millim.

Habitus paludinae Lam.

Legit Ch. Bélanger circa Pondichery.

Bélanger voyage, zoologie. p. 416. et pl. I. fig. 16. 17.

ORD. VII. CTENOBRANCHIA Mke.

SUBORD. I. POMATOSTOMA Mke.

FAM. I. TURBINEA Mke.

17. PALUDINA Lam.

1. Paludina genicula *T. A. Conrad.*

P. testā subovali; spira subproducta; anfractibus quatuor scalariformibus, angulatis; apice eroso; apertura spiram subaequante; epidermide viridi-olivacea; intus caerulea. — *Th. M.*

Mensura desideratur.

Species anfractibus angulatis facile distincta.

Legit Conrad unum specimen in Flint flumine Georgiae.

Conrad, new fresh water shells. p. 48. et tab. VIII. fig. 3.

2. Paludina magnifica *T. A. Conrad.*

P. testā obovata, ventricosa, anfractu ultimo tuberculorum seriebus duabus, anfractibus spirae seriebus singulis ad suturam inferiorem ornatis; suturis profundis, linea prominente obtusa subnodulosa marginatis; striis incrementi valde obliquis, prominentibus, striis spiralibus obsoletis; epidermide olivacea; intus caerulea, saepe purpureo-fasciata. — *Th. M.*

Mensura desideratur.

Legit Conrad frequentem saxis calcareis adhaerentem in Alabama fluvio apud Claiborne.

Conrad, new fresh water shells. p. 49. et tab. VIII. fig. 4.

18. ANCULOSA (*T. A. Conrad* 1834?) (=? anculotus Say). [*ἀγκύλος* curvus, haud *αγκαλος*!]

1. Anculosa picta *T. A. Conrad.*

Auctor hanc speciem deinde Anculotum pictum dixit. Vide gen. Anculotus nr. 1. ibique diagnosin.

E collectione acad. sc. nat. Philadelph.

Silliman American journal. Vol. XXV. p. 342. et pl. I. fig. 15.

18. *b.* ANCULOTUS Say. (melaniae Lam. pars.)

(A melania Lam. potissimum differt basi obtuse rotundata et forma plerumque depressa; a paludina Lam. differt labio incrassato, peristomate reflexo in labium superne transeunte et apertura superne acute angulata. Omnes species saxis adhaerere videntur.)

(1.) Anculotus pictus ***T. A. Conrad.***

Anc. testā ovali; spira brevi convexa, apice eroso; anfractu ultimo in medio subcompresso; basi regulariter rotundata; apertura obovata; epidermide cornea, seriebus macularum angustarum angulatarum numerosis notata; labri latere interno maculis distinctis ornato. — ***Th. M.***

Long. $\frac{5}{8}$ poll.

Speciem auctor nomine anculosae pictae jam ante constituit et iconem exhibuit. Conf. gen. Anculosa nr. 1.

Hab. ad silices Alabamae fluvii prope Claiborne.

Conrad, new fresh water shells. p. 62.

2. Anculotus angulatus ***T. A. Conrad.***

Anc. testā subglobosa, biangulata; anfractibus ad suturam carinatis; spira perbrevi; anfractu ultimo ventricoso, superne contracto; olivacea, seriebus subquaternis macularum quadrangularum obscurarum in anfractu ultimo notata. — ***Th. M.***

Mensura desideratur.

Hab. frequens saxis adhaerens in Flint fluvio regionis Morgan Alabamae.

Conrad, new fresh water shells. p. 60. et tab. VIII. fig. 15.

3. Anculotus plicatus ***T. A. Conrad.***

Anc. testā subovali; spira brevi, uno tantum anfractu integro rotundato; anfractu ultimo subventricoso, plicis vel

lineis obliquis ad marginem lineae spiralis prope suturam leviter impressae crenulatis notato; striis incrementi prominentibus; apertura elliptica; epidermide viridescente vel nigricante, spiraliter fasciata. — *Th. M.*

Mensura desideratur.

Hab. ad saxa fluviorum in Tennessee se effundentium Alabamae.

Conrad, new fresh water shells. p. 61. et tab. VIII. fig. 18.

4. Anculotus monodontoides *T. A. Conrad.*

Anc. testā subglobosa; anfractu ultimo ventricoso, superne non abrupte rotundato; apice eroso; columella dente lato pyramidali ad basin instructa; apertura effusa; epidermide cornea, obscure fasciata. — *Th. M.*

Mensura desideratur.

Hab. secundum (W.) Hyde in fluviis Virginiae.

Conrad, new fresh water shells. p. 61. et tab. VIII. fig. 16.

5. Anculotus pumilus *T. A. Conrad.*

Anc. testā pusilla, oblique ovali, nigricante; spira anfractum unum convexum formante, apice eroso; anfractu ultimo regulariter convexo; basi fovea pone columellam instructa; apertura suborbiculari, patula. — *Th. M.*

Mensura desideratur.

Hab. in Black Warrior flumine et secundum (J.) Green in Bayou Teche.

Conrad, new fresh water shells. p. 62.

6. Anculotus taeniatus *T. A. Conrad.*

Anc. testā ovali vel oblonga; spirae anfractu infimo integro, saepe longitudinaliter producto, ceteris erosis; olivacea, fasciis profunde viridibus, in anfractu ultimo quaternis notata. — *Th. M.*

Long. $\frac{3}{4}$ poll.

Pulchra species fasciis obscuris insignis, accedens ad melaniam olivulam Conr.

Hab. ad rupes Alabamae fluvii prope Claiborne.

Conrad, new fresh water shells. p. 63.

7. Anculotus melanoides *T. A. Conrad.*

Anc. testā conica; apice eroso; anfractibus tribus integris applanatis, ad suturam tantum rotundatis; anfractu ultimo abrupte rotundato; apertura elliptica, dimidiam testae longitudinem superante; striis incrementi prominentibus; epidermide nigricante, obscure fasciata. — *Th. M.*

Long. $\frac{1}{2}$ poll.

Hab. in fluviis Alabamae septentrionalis.

Conrad, new fresh water shells. p. 64. et tab. VIII. fig. 19.

8. Anculotus nigrescens *T. A. Conrad.*

Anc. testā subconica; apice truncato vel valde eroso; anfractu superiori parvo, vix convexo; anfractu ultimo elongato, supra labrum contracto; columella applanata; basi obtuse rotundata; apertura obovata, dimidiam testae longitudinem paene superante; epidermide nigrescente; intus obscure purpurea. — *Th. M.*

Mensura desideratur.

Hab. secundum (W.) Hyde in fluviis Maryland-iae.

Conrad, new fresh water shells. p. 64. et tab. VIII. fig. 17.

19. MELANIA Lam. (melas Montf.)

1. Melania olivula *T. A. Conrad.*

M. testā oblonga, vel subelliptica, laevi, integra; anfractibus quinque; suturis impressis; apertura subelliptica, longitudinali, dimidiam testam subaequante; olivacea, fasciis brunneis distinctis, anfractus ultimi fere quaternis, ornata. — *Th. M.*

Var. β: magis producta, apice truncato, eroso, anfractibus complanatis. — *Th. M.*

Mensura desideratur.

Hab. saxa calcarea perforans in Alabama fluvio.

Silliman American journal. Vol. XXV. p. 342. et pl. I. fig. 13.

2. Melania prasinata *T. A. Conrad.*

M. testā subulata, subturrita; anfractibus septenis octonisve complanatis; anfractu ultimo basi subangulato; apertura elliptica, subobliqua, tertiam testae longitudinem subaequante; epidermide olivacea. — *Th. M.*

Var. *β*: costis transversis, latis, in anfractu ultimo crenulatis. — *Th. M.*

Mensura desideratur.

E collectione acad. sc. nat. Philadelph. — Hab. ad rupes calcareas Alabamae fluvii.

Silliman American journal. Vol. XXV. p. 324. et pl. I. fig. 14.

3. Melania congesta *T. A. Conrad.*

M. testā subulata; anfractibus subnovenis, inferioribus subangulatis, superioribus acute carinatis, ultimo obsolete subangulato; suturis distinctis; apertura longitudinali elliptica. — *Th. M.*

Mensura desideratur.

Hab. ad rupes calcareas in sinu Randon prope Claiborne Alabamae.

Silliman American journal. Vol. XXV. p. 343.

4. Melania excurata *T. A. Conrad.*

M. testā subulata, anfractibus ulterioribus basi canaliculatis ac tuberculorum sub-compressorum obliquorum serie ornatis; anfractibus prioribus fere integris; basi lineis prominentibus tribus, suprema maxima, infima vix prominente mediaeque approximata instructa; epidermide rubro-brunnea vel nigra. — *Th. M.*

Mensura desideratur.

Affinis m. canaliculatae Say, a qua differt lineā elevata et tuberculorum forma.

Hab. frequens in Tennessee fluvio ad Florence.

Conrad, new fresh water shells. p. 49. et tab. IV. fig. 6.

5. Melania Hydeii *T. A. Conrad.*

M. testā conica, producta; anfractibus applanatis, lineis spiralibus acute tuberculatis cinctis, cingulis spirae singulis binisve, anfractus ultimi cum infimo plano quaternis; apertura elliptica. — *Th. M.*

Mensura desideratur.

Testae juniores olivaceae, fascia purpurea spirali ornatae, tuberculis carentes, anfractu ultimo carinato. — Nomen in memoriam Wilhelmi Hyde.

Hab. valde frequens ad rupes fluvii Black Warrior in Alabama.

Conrad, new fresh water shells. p. 50. et tab. VIII. fig. 1.

6. Melania annulifera *T. A. Conrad.*

M. testā elongata, subconica; anfractibus applanatis, lineis elevatis distantibus, alternis latioribus, in anfractu ultimo quinis, in penultimo ternis; suturis obsoletis; colore plerumque nigricante; intus profunde purpurea. — *Th. M.*

Mensura desideratur.

Hab. ad rupes fluvii Black Warrior in Alabama.

Conrad, new fresh water shells. p. 51. et tab. VIII. fig. 2.

7. Melania salebrosa *T. A. Conrad.*

M. testā brevi, subovali, ventricosa, crassa, tuberculorum elevatorum serie subjectisque minorum seriebus binis in summo anfractu ultimo ornata; spira perbrevi; apice valde eroso; apertura dimidiam testae altitudinem subaequante; columella supra et ad basin callo instructa; intus purpurascente (secundum iconem ab auctore factam luteoalba). — *Th. M.*

Mensura desideratur.

Species formā ad anculotum Say accedens, apertura genus suum vindicans.

Legit Conrad frequentem truncis adhaerentem in Tennessee fluvio ad Florence; et W. Hodosen in Holston fluvio, in Tennessee.

Conrad, new fresh water shells. p. 51. et tab. IV. fig. 5.

8. Melania pyrenella *T. A. Conrad.*

M. testā elongata; anfractibus applanatis, linea spirali obsoleta instructis; sutura impressa; anfractu ultimo angulato, angulo linea prominente terminato; basi parum convexa, labro in medio angulato; apertura patula; columella basi obtuse rotundata. — *Th. M.*

Mensura desideratur.

Hab. in fluminibus Alabamae septentrionalis.

Conrad, new fresh water shells. p. 52. et tab. VIII. fig. 5.

9. Melania bitaeniata *T. A. Conrad.*

M. testā conica; spira brevi; anfractibus convexis, ultimo laevi perconvexo; apice eroso; apertura dimidiam testae longitudinem aequante; callo columellae duplici, altero superiori, altero basali; labro regulariter arcuato; olivacea, fasciis duabus latis purpureis in anfractu ultimo, solitaria in penultimo notata; intus caerulea, purpureofasciata. — *Th. M.*

Mensura desideratur.

Hab. rara in Black Warrior flumine.

Conrad, new fresh water shells. p. 52. et tab. VIII. fig. 6.

10. Melania comma *T. A. Conrad.*

M. testā subulata, valde elongata, gracili; anfractibus octo vel novem, applanatis, sutura dentatis; costis longitudinalibus paullum arcuatis distantibus, in anfractibus inferioribus evanescentibus; labro tenui; apertura elliptica, ad basin producta; olivacea, in mediis anfractibus obscure unifasciata. — *Th. M.*

Mensura desideratur.

Hab. in rivis Black Warrior fluvium nutrientibus, in regionibus Alabamae montosis.

Conrad, new fresh water shells. p. 53. et tab. VIII. fig. 7.

11. Melania lima *T. A. Conrad.*

M. testā ventricosa, conica vel subfusiformi, cingulis approximatis, nodulosis, inaequalibus notata; anfractu ultimo angulato, angulo tuberculorum prominentium serie instructo; basi lineis duabus (superiori nodulosa) cincta; apertura dimidiam fere testae longitudinem aequante, contracta, superne acute angulata, basi coarctata; labro tenuissimo; olivacea, intus purpureo-fasciata. — *Th. M.*

Mensura desideratur.

Hab. frequens ad lapides Elk fluvii in Alabama.

Conrad, new fresh water shells. p. 54. et tab. VIII. fig. 8.

12. Melania alveare *T. A. Conrad.*

M. testā brevi, conica, ventricosa; anfractibus applanatis, penultimo ad basin linea taberculorum latorum compressorum cincto, ultimo angulato, angulo tuberculis prominentibus armato; basi vix convexa, superne lineis quinque prominentibus aspera; apertura oblique elliptica, dimidia testae longitudine minori. — *Th. M.*

Mensura desideratur.

Hab. lapidibus adhaerens in Elk flumine Alabamae.

Conrad, new fresh water shells. p. 54. et tab. IV. fig. 7.

13. Melania nassula *T. A. Conrad.*

M. testā elongata, anfractibus convexis vel subangulatis; costis longitudinalibus, cingulisque anfractus penultimi subseptenis, ultimi subdenis decussata; sutura impressa; apice eroso. — *Th. M.*

Mensura desideratur.

Hab. frequentissima ad rupes calcareas in fonte Creek prope Tuscumbiam Alabamae.

Conrad, new fresh water shells. p. 55. et tab. VIII. fig. 9.

14. Melania cylindracea *T. A. Conrad.*

M. testā subcylindrica, laevi; spira brevi, anfractibus spirae angustis, apice eroso; anfractu ultimo elongato, supra infraque obtuse rotundato; apertura dimidiam testae longitudinem superante, angusta, superne valde contracta. — *Th. M.*

Mensura desideratur.

Species spira rudi et deformi insignis, crusta calcarea plerumque obtecta est. — Icon ab auctore delineata formam ovalem exhibet!

Hab. calcareis ripis adhaerens in Tombeckbe fluvio.

Conrad, new fresh water shells. p. 55. et tab. VIII. fig. 10.

15. Melania trochiformis *T. A. Conrad.*

M. testā brevi, conica, ventricosa, turrita, cingulis duobus interstitio concavo discretis instructa; anfractibus supra applanatis, angulatis, anfractu ultimo carinato; basi applanata; apertura angusta; labro medio angulato. — *Th. M.*

Mensura desideratur.

Hab. in fluviis Alabamae septentrionalis.

Conrad, new fresh water shells. p. 56. et tab. VIII. fig. 11.

16. Melania vestita *T. A. Conrad.*

M. testā subulata, subturrita; anfractibus novem, infra medium angulatis, anfractibus supremis acute carinatis; sutura profunde impressa; epidermide laevi, polita, cornea, fascia obscura infra angulum decurrente. — *Th. M.*

Mensura desideratur.

Testa semper crusta obtecta est.

Hab. ad rupium gramina in fluminibus parvis regionis Greene Alabamae.

Conrad, new fresh water shells. p. 57. et tab. VIII. fig. 12.

20. EULIMA Riss.

(Testa turrita, acuminata, polita, anfractibus plurimis; apertura ovata, postice acuminata; labio externo subincrassato, varices obsoletos frequentes, subsecundos, plerumque efformante, operculo corneo, tenui, nucleo antico. — G. B. Sow.)

1. Eulima splendidula *G. B. Sowerby.*

E. testā acuminato-pyramidali, brunnescente prope suturas albo-castaneoque-articulata; umbilico magno; apertura antice angulata.

Long. 1·45 poll., lat. 0·6 poll.

Testa perforata.

Icon: conch. illustr. fig. 7.

Legit H. Cuming ad St. Elenam Americae meridionalis.

Proceedings. 1834. p. 6.

2. Eulima marmorata *G. B. Sowerby.*

E. testā acuminato-pyramidali, albido-brunneoque-marmorata; anfractibus paululum rotundatis; umbilico magno, patulo; apertura antice angulata.

Long. 0·85 poll., lat. 0·4 poll.

Testa perforata.

Icon: conch. illustr. fig 8.

E collectione defuncti G. Humphrey. — Patria desideratur.

Proceedings. 1834. p. 7.

3. Eulima interrupta *G. B. Sowerby.*

E. testā acuminato-pyramidali, albicante, ad varices brunneo-maculata; umbilico mediocri; apertura antice angulata.

Long. 0·7 poll., lat. 0·25 poll.

Testa perforata.

Icon: conch. illustr. fig. 11.

Legit H. Cuming in America centrali (Gulf of Nocoiyo).

Proceedings. 1834. p. 7.

4. Eu-

4. Eulima imbricata *G. B. Sowerby.*

E. testā acuminato-pyramidali, albida, longitudinaliter spadiceo-lineata; anfractibus infra angulatis, prominentibus; umbilico parvo; apertura antice angulata.

Long. 0·8 poll., lat. 0·25 poll.

Testa perforata.

Icon: conch. illustr. fig. 4.

Legit H. Cuming ad St. Elenam Americae meridionalis.

Proceedings. 1834. p. 7.

5. Eulima brunnea *G. B. Sowerby.*

E. testā acuminato-pyramidali, brunnea; anfractibus rotundatis; umbilico parvo; apertura antice rotundata.

Long. 0·6 poll., lat. 0·2 poll.

Testa perforata.

Icon: conch. illustr. fig. 9.

E collectione defuncti G. Humphrey. — Hab. ad insulam Haynan, in mari Sinensi.

Proceedings. 1834. p. 7.

6. Eulima brevis *G. B. Sowerby.*

E. testā brevi, acuminata, hyalina; varicibus subsecundis; apertura antice rotundata.

Long. 0·4 poll., lat. 0·15 poll.

Testa imperforata.

Icon: conch. illustr. fig. 15.

Legit H. Cuming meleagrinae margaritiferae Lam. testis adhaerentem, ad insulas Oceani Pacifici (Lord Hood's Island).

Proceedings. 1834. p. 7.

7. Eulima hastata *G. B. Sowerby.*

E. testā breviuscula, alba, prope apicem testacea; apertura ovata, margine laterali anticaque subangulatis.

Long. 0·7 poll., lat. 0·2 poll.

Testa imperforata.

Icon: conch. illustr. fig. 10.

Legit H. Cuming ad St. Elenam.

Proceedings. 1834. p. 7.

8. Eulima major *G. B. Sowerby.*

E. testā acuminato-pyramidali, opaca, lactea; labio externo subarcuato.

Long. 1·6 poll., lat. 0·4 poll.

Testa imperforata.

Icon: conch. illustr. fig. 1. 1*. 1**.

Legit H. Cuming ad insulam Tahiti.

Proceedings. 1834. p. 7.

9. Eulima labiosa *G. B. Sowerby.*

E. testā acuminato-pyramidali, latiuscula; anfractibus subrotundis; apertura brevi, labio externo postice dilatato.

Long. 0·7 poll., lat. 0·3 poll.

Testa imperforata.

Icon: conch. illustr. fig. 2.

Legit H. Cuming ad insulam Annaa Oceani Pacifici.

Proceedings. 1834. p. 7.

a. Eulima Anglica *G. B. Sowerby.*

Turbo politus Mont. (test. Brit.)

Icon: conch. illustr. fig. 5.

Proceedings. 1834. p. 8.

10. Eulima subangulata *G. B. Sowerby.*

E. testā acuminato-pyramidali, tenui, opaca, alba; anfractu ultimo antice subangulato.

Long. 0·7 poll., lat. 0·2 poll.

Testa imperforata.

Icon: conch. illustr. fig. 3.

E collectione defuncti G. Humphrey. — Hab. ad littora maris Indici.

Proceedings. 1834. p. 8.

11. Eulima pusilla *G. B. Sowerby.*

E. testā acuminato-pyramidali, tenui, hyalina, alba; anfractibus longiusculis.

Long. 0·3 poll., lat. 0·05 poll.

Variat omnino fusca. — Testa imperforata.

Icon: conch. illustr. fig. 6.

Legit H. Cuming ad St. Elenam Americae meridionalis.
Proceedings. 1834. p. 8.

12. Eulima articulata *G. B. Sowerby.*

E. testā acuminato-pyramidali, alba, fusco-articulata et marmorata; anfractibus subrotundatis; varicibus subprominulis; labio externo crassiusculo.

Long. 0·9 poll., lat. 0·25 poll.

Testa imperforata.

Icon: conch. illustr. fig. 12.

Hab. ad littora Australiae.

Proceedings. 1834. p. 8.

13. Eulima varians *G. B. Sowerby.*

E. testā subfusiformi, acuminata, tenui, coloribus varia; apertura oblonga.

Long. 0·5 poll., lat. 0·15 poll.

Testa alba, obscure brunnea, vel alba brunneo-lineata et variegata. — Imperforata.

Icon: conch. illustr. fig. 14.

Legit H. Cuming ad Xipixapi Americae meridionalis. — Et in collectione defuncti G. Humphrey.

Proceedings. 1834. p. 8.

(14.) Eulima lineata *G. B. Sowerby.*

E. testā fusiformi, tenui, alba, lineis fuscis duabus spiralibus; apertura oblonga.

Videtur esse turbo glaber da Costa!

Long. 0·7 poll., lat. 0·1 poll.

Testa imperforata.

Icon: conch. illustr. fig. 13.

E collectione defuncti G. Humphrey (signat. „Spira lineata Weymouth, mus. Portland.“) — Patria desideratur.

Proceedings. 1834. p. 8.

15. Eulima acuta *G. B. Sowerby.*

E testā turrito-acuta, alba; anfractibus duodecim laevibus, suturis obsoletis; varicibus sparsis.

Long. 0·4 poll., lat. 0·05 poll.

Testa imperforata.

Legit H. Cuming in America centrali (Bay of Montiji).

Proceedings. 1834. p. 8.

21. PASITHEA Lea.

1. Pasithea nigra *J. G. Totten.*

P. testā parva, tenui, acute conica, turrita, nigra, cingulis quatuor elevatis lineisque longitudinalibus cancellata, granulosa, ultimi anfractus basi cingulis sex obsoletis notata nec cancellata; anfractibus suboctonis, complanatis; sutura profunde impressa; apertura tertiam testae partem superante, elongata, subovata, superne angulata, inferne late rotundata, effusa; labro acuto. — *Th. M.*

Long. 0·15 poll., lat. max. 0·08 poll.

Stratum calcareum, nitido-piceum labro labium jungit. Operculum corneum. — Species forsan ad Rissoam Frém. pertinet.

Reperta est cum acteone trifido Tott. pectini concentrico.. adhaerens in litoribus Rhode insulae.

Silliman American journal. Vol. XXVI. p. 369. et tabulae fig. 7. a. b.

XXII. NATICINA *Lansdown Guilding.* (posthum.) (Naticae Lam. pars.)

Testa laevis (epidermide tenui caduca tecta), naticae (Guild.) similis, longitudinaliter plicatula, anfractu basilari subito valde incrassato, reliquis minutis. Umbilicus quasi semiclausus, in adultis callositate effusa nonnunquam omnino clausus. Columellae callosae basis vix a columellario depressione transversa parvula distinguenda, fossula ejus antica saepius lata. — Animal caecum, cucullatum. Caput absconditum, parvulum, papilliforme. Os subtus cartilagineum, proboscidiforme, intra caput retractile. Mandibulae binae, aequales, corneae, marginibus denticulatis. Tentacula spuria, longa, debilia, subdepressa, retractilia, apicibus recurvis, basi tecta, et membranā supra

caput connexa. Cucullus latus, corpus testamque antice tegens, margine antico pedi connexus, dum animal pascit detrahendus. Pallium tenue, continuum, latera testae protegens. Operculum corneum, simplex, spira antico-interna, cicatrice parvula. Musculus opercularis lateralis, contractus. Musculus adhaesionis ventralis, latus, cartilagineus, candidus. Pes valde contractilis et mutabilis, latus, magnus, subdiaphanus, antice cucullum recipiens. Solea simplex, marginibus tenuibus. Anus pallio absconditus, sinister? Branchiae subdorsales.

Transactions of the Linnean soc. nr. V. p. 30.

a. Naticina lactea ***Lansdown Guilding.*** (posthum.)

N. testā ovali, ventricosa, lactea, nitida; spira prominula; anfractibus septem, epidermide fuscescenti-ferruginea tectis, apicalibus nudis minutis.

Axis $1\frac{2}{16}$ unc., diam. $\frac{14}{16}$ unc.

Similis naticae mamillae Lam. et naticae mamillari Lam. — Animal totum flavescenti-lacteum, capite rufescente, abdomine nigrescenti-flavido, operculo castaneo, margine diaphano.

Nerita mamilla var. C. Dillwyn cat. II. p. 985. — Lister conch. tab. 571. fig. 22?

Hab. frequens in profundis Oceani Caribaei, nec cum neritis littora petens.

Transactions of the Linnean soc. nr. V. p. 31.

23. ROTELLA Lam. (Globulus Schum.; pitonillus Montf.)

1. Rotella gigantea ***R. P. Lesson.***

R. testā orbiculari, convexo-conoidea, leviter rugoso-striata, grisea, maculis parvis aut linearibus albis nec non brunneis notata, facie infima grisea; callo albo.

Alt. 10 lin., diam. transvers. 17 lin.; aperturae long. 9 lin.

E collectionibus ducis de Rivoli et musei Parisini. — Patria incognita (e maribus austral.?)

Lesson, illustrations de zoolog. VI. (nr. XVII. et) pl. XVII.

FAM. II. TROCHOIDEA Mke.

24. NERITINA Lam.

1. Neritina latissima *W. J. Broderip.*

N. testā rotundata, ventricosa, striis longitudinalibus, minutis, creberrimis, fusca luteo-maculata, maculis numerosissimis; labro dilatato, latissimo, spiram longe praetereunte; labio crenulato, subluteo.

Var. flavescens fasciis duabus nigris.

Long. $1\frac{1}{4}$ poll., lat. $1\frac{1}{8}$ poll.

Videtur inter testas fluviatiles esse quod inter marinas strombus latissimus Linn.

Legit H. Cuming rupibus adhaerentem in fluvio ad Real Llejos.

Proceedings. 1832. p. 200.

2. Neritina dilatata *W. J. Broderip.*

N. testā ovato-truncata, dorso convexo, albido-fusca, lineis nigris angulatis reticulata; spira oblique incurva; labro tenui superne sub-biauriculato; labio subarcuato, denticulato.

Long. $\frac{5}{8}$ poll., lat. $\frac{2}{3}$ poll.

Similis n. auriculatae Lam.

Legit H. Cuming saxis adhaerentem in rivis insulae Taheiten.

Proceedings. 1832. p. 201.

3. Neritina globosa *W. J. Broderip.*

N. testā globosa, flavescente vel fusca, quasi guttata, guttarum limbis nigricantibus; labio subrugoso, denticulato.

Long. 1 poll., lat. 1 poll.

Legit H. Cuming in fluvio ad Chiriqui Columbiae occidentalis.

Proceedings. 1832. p. 201.

4. Neritina nux *W. J. Broderip.*

N. testā ovato-globosa, fusca, longitudinaliter striata, striis creberrimis; labio serrato, unidenticulato.

Long. $\frac{3}{4}$ poll., lat. $\frac{5}{8}$ poll.

Legit H. Cuming saxis adhaerentem in rivis insulae Taheiten.

Proceedings. 1832. p. 201.

5. Neritina intermedia *G. B. Sowerby.*

N. testā suborbiculari, olivaceo-fusca, nigro-reticulata; dorso subgibboso, labio externo intus laevi, albicante, columellari subflavo, planulato, margine centrali rugulosa.

Long. 0·65 poll., lat. 0·85 poll.

Similitudo aliqua cum n. pulligera Lam.

Legit H. Cuming in rivis Americae centralis (Isle of Lions, Bay of Montejo; San Lucas in the Gulf of Nocoiya).

Proceedings. 1832. p. 201.

6. Neritina chlorostoma *G. B. Sowerby.*

N. testā suborbiculari, elliptica, olivaceo-fusca, nigro-reticulata, subfasciata; apertura intus flava; labii columellaris margine obtuse unidentata, rugulosa.

Long. 0·5 poll., lat. 0·55 poll.

Legit H. Cuming ad saxa in rivulis insulae Taheiten.

Proceedings. 1832. p. 201.

7. Neritina picta *G. B. Sowerby.*

N. testā subglobosa, cinerascente, maculis sphacelis vittisque diversimodo picta; labio interno castaneo.

Long. 0·5 poll., lat. 0·4 poll.

Legit H. Cuming in limo aquae dulcis ad Panamam.

Proceedings. 1832. p. 201.

8. Neritina reticulata *G. B. Sowerby.*

N. testā subovali, transversim striata, aterrima, albo-reticulata et maculata; apertura omnino lutescente.

Long. 0·45 poll., lat. 0·48 poll.

Legit H. Cuming in arena interdum a mari inundata, ad insulas Polynesias (Lord Hood's Island).

Proceedings. 1832. p. 201.

9. Neritina morio *G. B. Sowerby.*

N. testā subovali, transversim striata, atra; apertura pallescente; columella superne emarginata, in medio denticulata.

Long. 0·7 poll., lat. 0·75.

Legit H. Cuming in mari ad insulas Polynesias (Ducie's and Easter Islands).

Proceedings. 1832. p. 201.

25. NERITA Linn. (peloronta Oken.)

1. Nerita intermedia *G. P. Deshayes.*

N. testā ovata, subtus plana, dorso convexa; spira brevissima, in margine postico incumbente; apertura incrassata; semilunari, minima; labro acuto, margine sinistro tenuissime denticulato, croceo, late calloso.

Mensura desideratur.

Species accedens ad neritinam Lam. et navicellam Lam.

Legit Ch. Bélanger rupibus adhaerentem in littoribus Malabaricis.

Bélanger voyage, zoologie. p. 420. et pl. I. fig. 6. 7.

XXVI. LEPTOCONCHUS *E. Rüppell.*

Testa tenuis, pellucida, subglobosa, spirā depressa, subobsoleta, apertura magna, subovali, extremitatibus in contrarium versis, marginibus haud coalitis, dextro tenui antice subexpanso; columella nulla, umbilico nullo, antice truncata, contorta. — Animal proboscide elongato, retractili; tentaculis duobus, complanatis, trigonis, interne ad basin coalitis, externe in medio oculos gerentibus; pede mediocri, operculo nullo; pallio ad marginem circulari, haud appendiculato, ad latus sinistrum subproducto; foramine branchiali submagno.

Pertinet ad gasteropoda pectinibranchiata, accedens ad janthinam Lam. — Similis magilo Montf., a quo differt marginibus aperturae semper non unitis.

Color testae specici, secundum quam genus constitutum est, (sed quae haud denominatur, cujus haud diagnosis datur!) constanter sordide lacteus. — Long. adult. 14¾ lin. Paris., lat. max. 12½ lin.; juv. long. 7½ lin., lat. 6 lin. — Hab. in mari rubro.

Deinde etiam in Transact. of the zool. soc. of London. Vol. I. P. III. 1835. p. 259. et pl. XXXV. fig. 9. 10. — Species tantum sub icone nec in textu nominatur: l. striatus Rüpp.

Proceedings. 1834. p. 105.

27. TRICHOTROPUS R. P. Less. (1834.) (trichotropis Sow.)

a. Trichotropus Sowerbiensis *R. P. Lesson.*

Nihil est nisi eadem species, quam primus Sow. nomine turbo bicarinatus (in Tank. catal. opp. p. XII.) constituit, et quam deinde Brod. et Sow. (in zool. journ. IV. 1829. p. 374. tab. IX, fig. 4—8.) trichotropis bicarinata (non „trichotropus bicarinata") denominavere. Idcirco nomen illorum haud merito cancellatur: verum vero hocce et novum cancellandum est!

Lesson, illustrations de zool. XIV. (nr. XLI. et) pl. XLI.

28. TURBO Linn.

1. Turbo inflatus *J. G. Totten.*

T. testā parva, tenui, diaphana, nitida, pallide brunneo-flava vel cornea, subglobosa, umbilicata, anfractibus quinque, convexis, transversim obsolete striatis; anfractu ultimo lineis spiralibus obsoletis inferne cincto; spira brevi, convexa, obtusa; suturis subimpressis; apertura rotundata, spirae longitudinem superante; labro acuto. — *Th. M.*

Long. 0,19 poll., lat. max. 0,23 poll.

Testa margaritacea, parum iridescens. Operculum rotundatum, corneum, multispiratum.

Hab. in portu Plymouth ad Massachusetts.

Silliman American journal. Vol. XXVI. p. 368. et tabulae fig. 5. a—c.

2. Turbo minutus *J. G. Totten.*

T. testā parva, conica, tenui, diaphana, brunneo-flava vel cornea; anfractibus fere sex, convexis, leviter transversim striatis; spira paullatim decrescente, apice subito obtusata; suturis impressis; apertura tertiam testae partem superante, ovali, integra, inferius rotundata, superius angulata; labro acuto, labio reflexo; intus albida. — *Th. M.*

Long. 0,13 poll., lat. max. 0,08 poll.

Stratum calcareum (in adultis elevatum) labro labium jungit. Operculum corneum. — Species potius ad Rissoae Frém. genus pertinere videtur.

Hab. ad littora Massachusetts et insulae Rhode.

Silliman American journal. Vol. XXVI. p. 369. et tabulae fig. 6. a, b.

29. TEGULA (videtur R. P. Less. 1834.) (Tectus Montf.; trochi Linn. pars.)

1. Tegula elegans *R. P. Lesson.*

T. testā conico-pyramidali, circulis regulariter subgranosis cincta, facie inferna planulata, concentrice sulcata; anfractibus subplanis, croceis, vittis alternis angulatis nigerrimis ornatis.

Alt. 17 lin., diam. max. 15 lin.; aperturae long. 8 lin.

E collectione Kéraudren. — Patria incognita (mare Panamense?)

Lesson, illustrations de zool. XVII. (nr. LI. et) pl. LI.

30. SCALARIA Lam. (clathrus Oken; cyclostoma Schum.; aciona Leach.)

1. Scalaria diadema *G. B. Sowerby.*

Sc. testā oblonga, subcylindracea, alba; anfractibus septem, laevibus, superioribus longitudinaliter costatis, superne anguliferis, angulo crenulato; ultimo costis obsoletis, carina obtusa prope basin.

Long. $\frac{4}{5}$ poll, lat. $\frac{7}{20}$ poll.

Animal humorem secernit lucide purpureum.

Reperit H. Cuming ad insulas Gallapagos (James's Island).

Proceedings. 1832. p. 55.

FAM. III. PLICATA Lam.

31. TORNATELLA Lam. (dactylus Schum.; solidula Fisch.)

a. Tornatella bullata *C. L. Kiener.*

T. testā parva, oblonga, cylindrica, albo-diaphana, transversim tenuissime striata; spira brevi, conica; apertura oblonga, angusta; columella uniplicata.

Long. $4\frac{1}{2}$ lin., lat. $1\frac{3}{4}$ lin.

List. conch. (p.?) pl. 714. (quo nomine?)

E collectionibus Massena et Lamarck. — Habitat in mari Indico.

Kiener, coquilles vivantes. gen. tornatella p. 5. et pl. I. fig. 4.

31. *b.* ACTEON Montf. (tornatella Lam.)

1. Acteon trifidus *J. G. Totten.*

Act. testā parva, acute conica, alba, nitida, pellucida; anfractibus octo, complanatis; lineis spiralibus subsenis striisque incrementi transversis obsoletis decussata; sutura haud impressa; margine columellari inferne subreflexo; basi haud effusa; apertura elongata, tertiam testae partem aequante, superius acutangula, inferius producta, rotundata; labro integro, acuto, interdum intus striato. — *Th. M.*

Long. 0,20 poll., lat. max. 0,08 poll.

Operculum corneum. Columella plica obliqua instructa. Linea suturam supra comitans duaeque ei subjacentes latiores ac profundiores, inter ceteras plerumque obsoletas admodum conspicuae: unde auctor trifidi nomen minus aptum finxisse videtur. — Species hoc a genere sat diversa ad rissoam Frém. accedere videtur.

Hab. pectini concentrico.. adhaerens in litoribus Rhode insulae.

Silliman American journal. Vol. XXVI. p. 368. et tabulae fig. 4. a, b.

SUBORD. II. HEMIPOMATOSTOMA Mke. (Entomostomata Blainv.)

FAM. V. BUCCINEA Mke.

32. BUCCINUM Adans. (Linn.)

1. Buccinum Blainvillei *G. P. Deshayes.*

B. testā elongata, apice acuta, albo-grisea, costulis longitudinalibus et striis transversis decussata; anfractibus angustis, in medio carinatis; apertura minima, ovata, violascente; labro intus tenue striato; columella apice rugosa.

Long. 21 millim.

Simillimum b. polygono Brocc., speciei fossili.

Legit Ch. Bélanger in littoribus Malabaricis; habitat quoque in mari Mediterraneo.

Bélanger voyage, zoologie. p. 428. et pl. II. fig. 1. 2.

2. Buccinum melanoides *G. P. Deshayes.*

B. testā elongata, turrita, angusta; spira exserta, aliquando inflexa; anfractibus convexiusculis decussatis, ultimo in medio laevigato, basi transversim striato; apertura minima, ovata, albida fuscave, basi late emarginata; colore externo rubro, violascente vel fusco-griseo, et aliquando fusco-bifasciato.

Long. 22 millim.

Accedit ad genus terebra Brug., simile terebrae vittatae Lam.

Legit Ch. Bélanger in mari ad Ceylanum insulam.

Bélanger voyage, zoologie. p. 430. et pl. II. fig. 3. 4.

a. Buccinum politum Bast.

B. testā elongata, subturrita, alba, apice acuta; anfractibus convexis, sutura marginata separatis, ultimo basi striato; apertura ovata; columella arcuata, basi uniplicata. *(Desh.)*

Long. 20 millim.

Species heic primum viva describitur et pingitur.

Basterot, mém. géol. sur les env. de Bordeaux. p. 48. nr. 3. et pl. II. fig. 11. (foss.)

Locus animalis vivi non indicatur. (Foss. frequens ad Superga, Turin et Bordeaux.)

Confer nr. *d.*

Bélanger voyage, zoologie. p. 431. et pl. III. fig. 1. 2.

3. Buccinum Roissyi *G. P. Deshayes.*

B. testā elongata, subturrita, angusta, pallide fulva, clathrata; anfractibus convexis, ultimo brevi; apertura minima, alba; labro intus incrassato, striato; columella oblique truncata.

Long. 15 millim.

Legit Ch. Bélanger in Oceano Indico.

Bélanger voyage, zoologie. p. 432. et. pl. III. fig. 3. 4.

4. Buccinum conoidale *G. P. Deshayes.*

B. testā ovata, in medio ventricosa, apice acuta, regulariter decussata; anfractibus planis, sutura canaliculata separatis; apertura rotundata, alba; labro profunde sulcato; margine sinistro, calloso, verrucoso, basi elevato.

Long. 21 millim.

Legit Ch. Bélanger ad insulas Sundaicas.

Bélanger voyage, zoologie. p. 433. et pl. III. fig. 6. 7.

(5.) Buccinum ventricosum *L. C. Kiener.*

B. testā ovato-conica, ventricosa, transversim tenuissime striata, striis longitudinalibus obsolete decussata, albida vel griseo-rubente, fusco-nebulosa; anfractibus con-

vexis, ultimo spira longiore; apertura rotundata, albida aut rufescente.

Long. $2\frac{1}{2}$ poll., lat. 4 lin.

Perquam similis b. Humphreysiano Bennett (zool. journ. I. p. 398. t. 22.), et facile eadem species. Etenim auctorem ipsum haud credere, speciem suam, quam heic constituit, esse speciem, id liquet ex adjectis ipsius verbis: „Je présume que la différence qui existe entre les deux espèces n'est produite que par l'âge ou le sexe.“ — Praeterea vero nomen ventricosi jam pridem a Lamarck buccini speciei tributum est. — — Auctor nomen forsan ad cancellandum creavit, idque duplici quidem ratione! — — — Verum auctor deinceps (confer nr. *h.*) Lamarck-ii nomen rejicere conatur!

E collectione Massena. — Hab. in maribus septentrionalibus.

Kiener, coquilles vivantes. gen. buccinum. p. 4. et pl. III. fig. 7.

6. Buccinum Lamarkii (sic!) ***L. C. Kiener.***

B. testā ovato-conica, laevigata, nitida, luteo-rufescente, flammulis spacideo-rufis; anfractibus superne subangulatis, supremis obsolete plicatis; apertura ovata, laevi, albida; labro margine acuto.

Long. 3 poll., lat. 1 poll. 3 lin.

Nominatum in memoriam J. B. P. A. de Monnette chev. de Lamarck!

E collectione Massena. — Patria incognita.

Kiener, coquilles vivantes. gen. buccinum. p. 5. et pl. III. fig. 6.

7. Buccinum fusiforme ***L. C. Kiener.***

B. testā ovato-conica, luteo-rufescente, tenui, nitida subpellucida, transversim longitudinaliterque minutissime striata; anfractibus convexis, ultimo spira longiore; apertura subrotundata, laevi, luteo-rufescente; labro margine subreflexo.

Long. 2 poll., lat. 1 poll.

Perquam similis b. ovo Bennett (zool. journ. I. p. 366. et t. 13. fig. 9.) sed minus globulosa.

E collectione Massena. — Patria ignota.

Kiener, coquilles vivantes. gen. buccinum. p. 5. et pl. V. fig. 12.

8. Buccinum globulosum *L. C. Kiener.*

B. testā ovata, ventricosa, laevi, violacea, basi fascia larga albescente; apertura dilatata, ovaliformi; columella flavescente; labro intus rubescente.

Long. 21 lin., lat. 31 lin.

Formā similis b. ovo Benn.

Nomen cancellandum, novumque substituendum est. Nomen globulosi enim jam ante alii speciei a Quoy et Gaimard datum est. Id quod auctorem non latuit, cum ipse publice profiteatur: confer nr. *k.*, ubi praetendit, nomen Quoy et Gaimard-i rejiciendum esse, quippe quia a semet usurpatum sit!

E collectione Massena. — Patria incognita.

Kiener, coquilles vivantes. gen. buccinum p. 12. et pl. X. fig. 33.

b. Buccinum Delalandii *L. C. Kiener.*

B. testā ovato-oblonga, subturriculata, cinerea, transversim tenuissime striata, fasciis longitudinalibus undulatis; spira acuta; apertura ovato-oblonga; labro laevi, albo, dilatato, intus striato, rubescente, epidermide virescente.

Long. 16 lin., lat. 9 lin.

Similis b. testudineo Chemn.

Chemn. (p.?) pl. 152. fig. 1455. (quo nomine?)

E collectionibus Massena et mus. d'hist. nat. — Hab. ad rupes, ad Caput Bonae Spei.

Kiener, coquilles vivantes. gen. buccinum p. 15. et pl. V. fig. 14.

9. Buccinum Quoyii *L. C. Kiener.*

B. testā ovato-oblonga, fulva, transversim plurimum,

longitudinaliter tenuissime striata; spira acuta; columella prominula; apertura ovaliformi, rubescente; labro arcuato, interne striato.

Long. 1 poll. 8 lin., lat. 11 lin.

Formā similis b. testudineo Chemn.

E collectione mus. d'hist. nat. — Hab. ad Novam Selandiam.

Kiener, coquilles vivantes. gen. buccinum p. 16. et pl. V. fig. 13.

10. Buccinum tigrinum *L. C. Kiener.*

B. testā ovata, elongata, subturriculata, fulvescente; spira conica, acuta, plicis rotundatis transversis cincta, longitudinaliter maculis spadiceis et fusco-albidis; anfractibus convexiusculis; apertura alba, ovata, elongata; columella crassa, alba; labro dextro tenui.

Long. 1 poll. 7 lin., lat. 8 lin.

E collectione Massena. — Patria incognita.

Kiener, coquilles vivantes. gen. buccinum p. 27. et pl. X. fig. 32.

c. Buccinum alveolatum *L. C. Kiener.*

B. testā ovato-oblonga, rufo-virescente aut albescente, transversim plicata, maculis nigris albisque distincta; spira elongata; anfractibus convexis, superne longitudinaliter plicatis; apertura ovata, fauce cinerea; labro dextro tenui, intus transversim striato.

Long. 14 lin., lat. 7 lin.

Quoy et Gaimard (ubi?) pro varietate b. testudinei Chemn. habent, cui similis est.

E collectionibus Massena et mus. d'hist. nat. — Hab. in portu Western Novae Hollandiae.

Kiener, coquilles vivantes. gen. buccinum p. 31. et pl. X. fig. 34.

d. Buccinum Belangeri *L. C. Kiener.*

Eadem est species, quam Basterot fossilem nomine b. politi constituit, et quam Deshayes (confer nr. *a.*) pro viva

viva sua agnovit. Nomen politi Kiener rejecit, quippe quod jam prius Lamarck alii generis speciei tribuerit. In diagnosi, quam Deshayes-ii dicit Kiener pro „testa alba“ substituit „caerulescente“.

Long. 15 lin., lat. 6 lin.

Mart. et Chemn. (vol.? p.?) pl. 155. fig. 1463. (quo nomine?)

E collectione Massena. — Hab. in mari Bengalico, ad littora Ceylaniae.

Kiener, coquilles vivantes. gen. buccinum. p. 34. et pl. XIV. fig. 48.

11. Buccinum viverratum *L. C. Kiener.*

B. testā ovato-elongata, fusiformi, oleaginea; spira acuta; anfractibus convexiusculis, superne longitudinaliter plicatis, inferne transversim striatis, maculis longitudinalibus, spadiceis et fusco-albidis; apertura ovata, elongata, intus caerulescente; columella albida, tenui; labro dextro tenui, intus striato.

Long. 14 lin., lat. 7 lin.

E collectione Massena. — Hab. in mari Mediterraneo, ad littora Alexandriae.

Kiener, coquilles vivantes. gen. buccinum. p. 35. et pl. X. fig. 35.

12. Buccinum clausiliforme *L. C. Kiener.*

B. testā parva, fusiformi, castanea, transversim tenuissime striata; anfractibus convexiusculis, superne longitudinaliter plicatis, maculis atris et albis cinctis; apertura angusta, ovata, fuscescente; labro dextro tenui, intus striato.

Long. 6 lin., lat. 2 lin.

Similis b. Gervillii (non „Gervilii“) Payr., sed formā satis recedit.

E collectione Massena. — Hab. in mari Mediterraneo, ad littora Gallo-Provinciae et insularum Hiericarum.

Kiener, coquilles vivantes. gen. buccinum. p. 49. et pl. XIII. fig. 46.

13. Buccinum lacteum *L. C. Kiener.*

B. testā ovato-conica, parva, tenui, laevi, diaphano-alba; suturis prominulis: anfractibus convexis, basi obscuro-albide maculatis; ultimo spira majore, basi striato, maculis distantibus ad medium cincto; apertura ovata; labro dextro intus denticulato, extus crassato.

Long. 4 lin., lat. 2 lin.

Similis b. dermestoideo Lam., et aliquatenus accedit ad planaxin laevigatam Riss.

E collectione Woldemar. — Hab. in mari Indico.

Kiener, coquilles vivantes. gen. buccinum. p. 53. et pl. XVIII. fig. 67.

14. Buccinum elegans *L. C. Kiener.*

B. testā ovato-conica, crassiuscula, nitida, laevi, albescente, lineis longitudinalibus distincta; anfractibus convexis, superne plicatis et inferne maculatis; apertura alba; labro dextro crasso, intus striato.

Long. 11 lin., lat. 6 lin.

Dubius auctor speciem ad unicum specimen constituit, simillimum b. suturali Lam.

E collectione Massena. — Habitat in Oceano Indico.

Kiener, coquilles vivantes. gen. buccinum. p. 56. et pl. XXIV. fig. 97.

15. Buccinum unicolorum *L. C. Kiener.*

B. testā ovato-conica, laevi, cinereo-albida, unicolorata; anfractibus superne plicatis, ultimo paulo majore; spira basi sulcata; apertura ovata, alba, intus fulva; labro dextro crasso, infime arcuato, marginato, intus striato.

Long. 1½ poll., lat. 8 lin.

Simillimum b. olivaceo Brug. et forte una cum eo species.

E collectione Massena. — Patria incognita.

Kiener, coquilles vivantes. gen. buccinum. p. 60. et pl. XIX. fig. 69.

16. Buccinum Jacksonianum *L. C. Kiener.*

B. testā ovato-conica, brevi, acuta, longitudinaliter plicata, luteo-olivacea, albo-rufo-maculata; anfractu ultimo ad medium laevigato, antice transversim striato; apertura subrotundata, albescente; labro dextro crasso, intus tenuissime striato.

Long. 10 lin., lat. 5 lin.

E collectione Massena. — Hab. frequens ad portum Jackson Novae Hollandiae.

Kiener, coquilles vivantes. gen. buccinum. p. 64. et pl. XIX. fig. 73.

17. Buccinum hirtum *L. C. Kiener.*

B. testā ovato-conica, subturrita, rufescente, lineolis fuscis transversim maculata; spira acuta; costulis eminentibus longitudinalibus ornata, in anfractu ultimo aetate evanescentibus; apertura alba, subrotundata, emarginata, superne angustata; labro dextro crasso, extus marginato.

Long. 1 poll., lat. 6 lin.

Intermedium b. crenulato Brug. et b. Jacksoniano Kien.

E collectione Massena. — Hab. in littoribus Novae Hollandiae, ad insulam Tonga-Tabou.

Kiener, coquilles vivantes. gen. buccinum. p. 63. et pl. XIX. fig. 72.

e. Buccinum monile *L. C. Kiener.*

B. testā ovato-conica, laevi, nitida, albescente, fascia rosea transversim cincta; anfractibus convexis, longitudinaliter tenuissime costatis; sutura tuberculis moniliformibus ornata; apertura ovata, alba, angustata; labro dextro intus striato; columella callosa.

Long. 11 lin. (non „pouc."), lat. 5½ lin.

Quoy et Gaimard (voyage de l'Astrolabe, p. 44. pl. 32. fig. 11. 12.) pro varietate b. coronati Brug. dedere. — Montagu.. p. 243. pl. 8. fig. 1. (quo nomine?)

E collectione Massena. — Hab. in littoribus Angliae, ad Purbeck et Weymouth, ac in littoribus Novae Guineae.

Kiener, coquilles vivantes. gen. buccinum. p. 68. et pl. XI. fig. 40.

18. Buccinum oliviforme *L. C. Kiener.*

„B. testā ovoïda, subgranulosa, crassiuscula, olivacea; spira altiuscula, longitudinaliter exilibus, transversim multiplicibus striis ornata; apertura ovata, intus coerulescente; labro dextro levi, tenui, intus striato.“

Long. 10 lin., lat. 5 lin.

E collectione Massena. — Hab. in America boreali, forte in aqua dulci.

Kiener, coquilles vivantes. gen. buccinum. p. 70. et pl. XXV. fig. 99.

19. Buccinum Gayii *L. C. Kiener.*

B. testā parva, elongata, conica, crassa, rufescente; anfractibus convexiusculis, distinctis, longitudinaliter tuberculose plicatis, transversim tenuissime striatis; apertura subrotundata, albescente; labro dextro intus striato; columella laevi, arcuata.

Long: 7 lin., lat. 3 lin.

Similis b. reticulato Linn. — In junioribus plicae longitudinales magis prominent continuatae ad basin anfractus ultimi.

E collectione Massena. — Legit Gay ad littora Chiliae valde frequentem.

Kiener, coquilles vivantes. gen. buccinum. p. 71. et pl. XX. fig. 79.

20. Buccinum sulcatum *L. C. Kiener.*

B. testā parva, ovato-conica, luteo-albida, transversim tenuissime striata; spira elongata; apertura ovata, albida; labro dextro crassiusculo, intus transversim striato; epidermide rufescente.

Long. 7 lin., lat. 3½ lin.

E collectione Massena. — Patria incognita.

Kiener, coquilles vivantes. gen. buccinum. p. 74. et pl. XIII. fig. 45.

f. Buccinum punctatum *L. C. Kiener.*

B. testā parva, ovato-conica, albida, fasciolis („fasciusculis?“) tenuissime ordinatis transversim distincta; anfractibus convexiusculis; apertura ovata, albida; labro dextro crassiusculo, intus striato.

Long. 4 lin., lat. 2 lin.

Chemn. (vol.? p.?) pl. 125. fig. 1179. (quo nomine?)

E collectione Massena. — Patria incognita.

Kiener, coquilles vivantes. gen. buccinum. p. 74. et pl. XIV. fig. 51.

21. Buccinum unifasciatum *L. C. Kiener.*

B. testā ovato-conica, elongata, nitida, luteo- vel fulvo-albida; anfractibus convexiusculis, tenuissime plicatis, transversim striatis; apertura ovata, albida; labro dextro crasso, intus dentato; columella alba, arcuata.

Long. 9 lin., lat. 4 lin.

Similis b. Cuvieri (non „Cuvierii“) Payr. et forte ejus varietas, cum ipse auctor fateatur: „et pourrait très bien être regardée comme une variété de localité de celui-ci.“ Differt fasciā transversa brunnea et magnitudine duplo majori (illud long. 6 lin., lat. 3 lin.). Sed ipsum colore variat, praecipue fasciā aut parum conspicua aut nulla.

E collectione Massena. — Hab. in mari Mediterraneo, ad littora Siciliae.

Kiener, coquilles vivantes. gen. buccinum. p. 76. et pl. XIV. fig. 50.

g. Buccinum ornatum *L. C. Kiener.*

Est b. stolatum Wood (catal. p. 23. fig. 120.), ut ipse auctor ingenue profitetur, ne rationem quidem novitatis asserens. idcirco per se patet, novum et injustum nomen esse cancellandum: aut quot desiderat nomina auctor?

Kiener, coquilles vivantes. gen. buccinum. p. 80. et pl. XXI. fig. 83.

h. Buccinum rufulum *L. C. Kiener.*

Est b. ventricosum Lam., quod nomen auctor (vix cre-

deres) revera repudiat, quia nimirum ipse (anno 1834) eo, per nefas ablato, speciem suam (nr. 5.) donaverit. (Sic et nr. 8. et nr. *k.*)

Buccinum mutabile Linn., quod non nisi sub-fossile occurrat et inde colores amiserit, huc pertinere videri.

Kiener, coquilles vivantes. gen. buccinum. p. 89. et pl. XXIV. fig. 95.

i. Buccinum graniferum *L. C. Kiener.*

B. testā parva, ovata, crassa, globulosa, albo-cinerea, basi transversim striata, ordinatim tuberculata; spira conica, acuta; apertura ovata, angusta, alba; labro dextro crasso, intus striato.

Long. 7 lin., lat. 5 lin.

List. (p.?) pl. 972. fig. 27. (quo nomine?)

E collectionibus Massena et Lamarck. — Hab. in India Orientali.

Kiener, coquilles vivantes. gen. buccinum. p. 100. et pl. XXVII. fig. 111.

k. Buccinum clathratum *L. C. Kiener.*

Est buccinum globulosum Quoy et Gaimard (voyage de l'Astrolabe pl. 32. fig. 25. 26.). Quod nomen auctor non dubitavit hinc auferre et speciei suae (nr. 8.) tribuere, quo ex uno „Nobis" fiant duo; uti factum est etiam nr. 5. et nr. *h.* — Sciat auctor, nova nomina non ex datis sed ex dandis eligenda esse!

Kiener, coquilles vivantes. gen. buccinum. p. 101. et pl. XXVII. fig. 108.

FAM. VI. PURPURACEA Mke.

33. PURPURA Brug. (purpura et sistrium Oken.; buccinum et stramonita Schum.)

1. Purpura muricata *W. J. Broderip.*

P. testā ovato-globosa, transversim quadricarinata, carinis tuberculiferis, imbricatis; subalbida, lineis pallide griseo-rufis cincta; columella flavescenti-carnea; labro crenulato,

carinas versus arcuato, in canali alta superne desinente, intus substriato, pallide carneo; spira mediocri.

Long. $3\frac{1}{8}$ poll., lat. $2\frac{3}{8}$ poll.

Legit H. Cuming in fissuris rupium, ad portum St. Elenae.

Proceedings. 1832. p. 126.

2. Purpura xanthostoma *W. J. Broderip.*

P. testā ovato-acuta, ventricosa, tuberculifera, longitudinaliter subplicata, transversim costata et interstitialiter striata, anfractibus angulatis; apertura flava, nitente; labro intus substriato et denticulato, striis distantibus, dentibus intermediis.

Long. $3\frac{1}{8}$ poll., lat. $2\frac{1}{8}$ poll.

Legit H. Cuming ad Valparaiso.

Proceedings. 1833. p. 8.

3. Purpura granatina *G. P. Deshayes.*

P. testā ovata, apice acuta; anfractibus convexiusculis, ultimo majore, biseriatim tuberculato; tuberculis acutis, interstitiis striatis; apertura ovata, alba; columella contorta, basi acuta; margine dextro intus striato; colore externo fusco-nigricante.

Long. 20 millim.

Legit Ch. Bélanger in mari ad Ceylanum insulam.

Bélanger voyage, zoologie. p. 425. et pl. III. fig. 8. 9.

4. Purpura squamigera *G. P. Deshayes.*

P. testā ovato-turbinata, rugosa, transversim costata et striata; spira acuta, contabulata; costis spinis squamaeformibus instructis; striis rugosis; apertura ovato-acuta, rufescente; columella recta, basi plana et perforata; colore externo rufo-griseoque-variegato.

Long. 32 millim.

Legit Ch. Bélanger ad insulas Sundaicas.

Bélanger voyage, zoologie. p. 426. et pl. III. fig. 10. 11. 12.

5. Purpura squamosa *G. P. Deshayes.*

P. testā oblonga, apice acuta, subcontabulata, nigricante, transversim sulcata; sulcis numerosis, squamosis; anfractibus convexis, costulis longitudinalibus instructis; apertura alba; labro incrassato, denticulato.

Long. majorum 25 millim.

Legit Ch. Bélanger in littoribus occidentalibus Indiae.

Bélanger voyage, zoologie. p. 427. et pl. II. fig. 6. 7. 8.

34. CANCELLARIA Lam. (cancellarius Montf.)

1. Cancellaria pulchra *G. B. Sowerby.*

C. testā subovata, albicante, brunneo-fasciata; spira breviuscula, acuminata; anfractibus sex, ventricosis, costatis; costis muricato-aculeatis, lineis elevatis spiralibus decussatis; apertura ovata; labio intus sulcato; peritremate crenato; columella triplicata, plica intermedia minore; labio interno ruguloso; umbilico mediocri, margine elevato; canali recurvo.

Long. $1\frac{1}{10}$ poll., lat. $\frac{4}{5}$ poll.

Affinis c. cancellatae Lam.

Legit H. Cuming ad littora St. Elenae.

Proceedings. 1832. p. 50.

2 Cancellaria solida *G. B. Sowerby.*

C. testā subovata, crassa, fulva, laevi; spira brevi, mucronata, superne costato-decussata; anfractibus sex, ventricosis, ultimo maximo, superne rotundato-subanguloso; apertura oblonga, spira duplo longiore, intus transversim sulcata; peritremate acuto, infra subemarginato; columella triplicata, plica inferiore exigua; labio interno expanso, infra ruguloso; canali brevissimo, subrecurvo.

Long. $1\frac{3}{5}$ poll., lat. $1\frac{1}{5}$ poll.

Testa prae ceteris generis laevis.

Legit H. Cuming ad littora Americae centralis (Real Llejos and St. Elena).

Proceedings. 1832. p. 50.

3. Cancellaria tuberculosa *G. B. Sowerby.*

C. testā subglobosa, albicante; spira breviuscula, subacuminata; anfractibus quinque, bullatis, superne obtuse angulatis, spiraliter sulcatis et tuberculatis, tuberculorum triplici serie; sutura late canaliculata; apertura obtuse subtrigonali, infra integra; peritremate acuto; columella biplicata, plicis parvis, obliquis; umbilico magno.

Long. $1\frac{2}{3}$ poll., lat. $1\frac{1}{10}$ poll.

Legit H. Cuming ad littora Americae meridionalis (Iquiqui).

Proceedings. 1832. p. 51.

4. Cancellaria bullata *G. B. Sowerby.*

C. testā subglobosa, cinereo-fuscescente; spira mediocri, acuminata; anfractibus quinque, bullatis, spiraliter striatis; ultimo tuberculorum triplici serie ornato; sutura canaliculata, subcrenata; apertura obtuse subtrigonali, infra integra; peritremate acuto; columella biplicata, plicis parvis, obliquis; umbilico magno.

Long. $1\frac{1}{5}$ poll., lat. 1 poll.

Legit H. Cuming ad littora Americae meridionalis et centralis (Payta and Golf of Nocoiya).

Proceedings. 1832. p. 51.

5. Cancellaria mitriformis *G. B. Sowerby.*

C. testā oblonga, brunnea; spira elongata, acuminata; anfractibus septem, cancellatis, prope suturam unicarinatis; apertura oblonga, in canalem longiusculam recurvam desinente; peritremate infra sinuato, margine externo fimbriato-lacerato; columella biplicata, plica superiore magna, altera parva et basi columellae rugulosa.

Long. $1\frac{4}{5}$ poll., lat. $\frac{7}{10}$ poll.

Species maxime elongata, propius accedens ad genus mitrae Lam.

Legit H. Cuming ad Panamam

Proceedings. 1832. p. 51.

6. Cancellaria goniostoma *G. B. Sowerby.*

C. testā oblonga, fusca; spira acuminata, gradata; an-

fractibus sex, superne contabulatis, spiraliter striatis, longitudinaliter tuberculato-costatis; apertura trigonali, albicante; peritremate reflexo, crenato; columella biplicata, plicis obsoletiusculis, obliquis; umbilico maximo.

Long. $1\frac{1}{10}$ poll., lat. $\frac{4}{5}$ poll.

Testa affinis accedit delphinulae trigonostomati Lam.

Legit H. Cuming ad littora Americae centralis (Conchagua, San Salvador).

Proceedings. 1832. p. 51.

7. Cancellaria tessellata *G. B. Sowerby.*

C. testā oblonga, ovulata, albicante, brunneo-tessellata; spira brevi, obtusiuscula; anfractibus quatuor, decussatis, ultimo maximo; apertura oblonga, ad basin integra; labio externo intus sulcato; labio interno supra anfractum ultimum extenso; columella biplicata, plica superiore majore.

Long. $\frac{4}{5}$ poll., lat. $\frac{2}{5}$ poll.

Color albus cum tribus seriebus macularum quadratarum et brunnearum, ut in c. nodulifera Sow. (in Tankerville catal. app. p. 15.) Labium internum partem ultimi anfractus tegit, id quod habitum cassidis Lam. tangit.

Legit H. Cuming in America meridionali (Bay of Caraccas, St. Elena and Xipixapi).

Proceedings. 1832. p. 51.

8. Cancellaria clavatula *G. B. Sowerby.*

C. testā turrita, brunnea, albicante, bivittata, varicosa; spira attenuata, acuminata; anfractibus septem, rotundatis, spiraliter striatis, longitudinaliter costatis et varicosis, varicibus sparsis; apertura subovali, in canalem desinente; labio externo intus sulcato; columella biplicata; peritremate reflexo.

Long. $1\frac{2}{5}$ poll., lat. $\frac{13}{20}$ poll.

Legit H. Cuming ad Panamam et Paytam.

Proceedings. 1832. p. 52.

9. Cancellaria obesa *G. B. Sowerby.*

C. testā ovata, acuminata, laevi, ponderosa, pallida;

spira brevi, attenuata, decussatim striata; anfractibus sex—octo, ventricosis, spiraliter leviter striatis, ultimo maximo, laevigato; apertura oblonga, utraque extremitate acuminata, infra in canalem brevem disinente; labio externo intus sulcato; peritremate tenuiore, infra subsinuato; columella triplicata, plica superiore maxima, bilobata, inferiore minima.

Long. $2\frac{1}{2}$ poll., lat. $1\frac{11}{20}$ poll.

Legit H. Cuming ad oras Americae centralis (Gulf of Dulce, Puerto Portrero).

Proceedings. 1832. p. 52.

10. Cancellaria brevis *G. B. Sowerby.*

C. testā subglobosa, albida, brunneo-varia; spira brevi, contabulata; anfractibus quatuor v. quinque, superne angulatis, crenatis, spiraliter sulcatis, et longitudinaliter costatis; apertura obtuse trigona; labio externo intus sulcato; peritremate obtusiusculo, crenulato; columella biplicata; umbilico magno, margine crenato.

Long. $\frac{4}{5}$ poll., lat. $\frac{3}{5}$ poll.

Etiam haec species ad illam delphinulam trigonostoma Lam. transitum offert.

Legit H. Cuming ad oras Americae meridionalis et centralis (Puerto Portrero, St. Elena).

Proceedings. 1832. p. 52.

11. Cancellaria rigida *G. B. Sowerby.*

C. testā ovata, rigida, pallida vel brunnea concolore; spira brevi, acuminata, contabulata; anfractibus quinque, superne angulatis, spiraliter striatis, et longitudinaliter costatis, costis rariusculis, sublamellosis, acutis; apertura subtrigonali, infra in canalem brevissimum desinente; labio externo intus sulcato; peritremate acuto; columella triplicata, plica inferiore minima; labio interno corrugato; umbilico mediocri, margine elevatiusculo.

Long. $\frac{4}{5}$ poll., lat. $\frac{1}{2}$ poll.

Legit H. Cuming ad Puerto Portrero Americae centralis.

Proceedings. 1832. p. 53.

12. Cancellaria cassidiformis *G. B. Sowerby.*

C. testā ovali, fulva; spira brevi, apice acuminato; anfractibus sex, spiraliter sulcatis, superioribus angulato-nodulosis, ultimo maximo, prope suturam serie unica tuberculorum, infra fascia pallida instructo; sutura distincta, infra subcanaliculata; apertura oblonga, infra in canalem brevem desinente; peritremate obtuso; labio interno expanso; columella triplicata, plica superiore majore.

Long. $1\frac{3}{5}$ poll., lat. 1 poll.

Juvenes similes sunt c. noduliferae Sow. (Tankerville catal. app. p. 15.)

Legit H. Cuming juvenes ad Panamam. Adultum Sowerby describit ex propria collectione.

Proceedings. 1832. p. 53.

13. Cancellaria ovata *G. B. Sowerby.*

C. testā ovali, laevigata, brunnea, epidermide tenui fusca induta; spira brevi, subacuminata; anfractibus septem, spiraliter sulcatis, ultimo maximo, ventricosiusculo; sutura distincta; apertura elongata, superne angustiore, acuminata, infra emarginata, canalem brevissimum efformante; peritremate acuto, prope basin sinuato, labio externo intus sulcato; columella plicis duabus, validis, tertia inferiore obsoleta; umbilico minimo vel nullo.

Long. $1\frac{1}{2}$ poll., lat. $\frac{9}{10}$ poll.

Species similis c. reticulatae Lam.

Legit H. Cuming ad St. Elenam Columbiae occidentalis.

Proceedings. 1832. p. 53.

14. Cancellaria acuminata *G. B. Sowerby.*

C. testā ovato-oblonga, laevigata, fulvescente, pallidiore, subfasciata; spira mediocri, subulato-acuminata; anfractibus sex v. septem, spiraliter sulcatis et longitudinaliter obsolete costatis, ultimo magno; apertura mediocri, superne acuminata, infra emarginata, canalem brevem efformante; peritremate acuto, crenulato, prope basin sinuato; labio

intus sulcato; columella plicis duabus validis, tertia obsoleta inferiore; umbilico minimo vel nullo.

Long. $\frac{9}{10}$ poll., lat. $\frac{11}{20}$ poll.

Legit H. Cuming ad Guacamayo Americae centralis.

Proceedings. 1832. p. 53.

15. Cancellaria buccinoides *G. B. Sowerby.*

C. testā oblonga, corrugata; spira mediocri, acuminata; anfractibus septem, subventricosis, longitudinaliter granoso-costatis, et spiraliter sulcatis (nonnunquam ex aetate varicosis); apertura ovato-oblonga, obliqua, ad basin emarginata, brevissime canalifera; peritremate obtusiusculo, prope basin subsinuato; labio externo intus laevi, nonnunquam leviter denticulato; columella biplicata, plicis parvis.

Long. $1\frac{1}{2}$ poll., lat. $\frac{9}{10}$ poll.

Habitu similis buccino L. Color variat.

Legit H. Cuming ad oras Americae meridionalis et centralis (Real Llejos, Iquiqui, Callao and Puerto Portrero).

Proceedings. 1832. p. 54.

16. Cancellaria indentata *G. B. Sowerby.*

C. testā oblonga, clathrata, fusca; spira mediocri, acuminata; anfractibus sex, decussatim costatis, costis noduliferis; apertura ovato-oblonga, obliqua, ad basin subcanalifera; peritremate indentato; columella triplicata, plica inferiore minima; umbilico parvo, margine distincta.

Long. $1\frac{1}{10}$ poll., lat. $\frac{3}{5}$ poll.

Legit H. Cuming ad Panamam.

Proceedings. 1832. p. 54.

17. Cancellaria haemastoma *G. B. Sowerby.*

C. testā ovato-pyramidali, albicante, fusco-fasciata, ore aurantiaco; spira pyramidali; anfractibus sex, rotundatis, superne obtuse angulosis, spiraliter striatis, longitudinaliter costatis, costis paucis, obtusis, prope suturam elevatis; apertura subrotunda, in canalem brevem desinente; peritremate

acutiusculo, crenulato; labio externo intus sulcato, interno corrugato; columella triplicata; umbilico mediocri, margine elevato.

Long. $1\frac{1}{10}$ poll., lat. $\frac{7}{10}$ poll.

Legit H. Cuming ad insulas Gallapagos.

Proceedings. 1832. p. 54.

18. Cancellaria chrysostoma *G. B. Sowerby.*

C. testā globoso-pyramidali, albicante, fusco-fasciata, ore aurantiaco; spira brevi, acuminatiuscula; anfractibus sex, rotundatis, spiraliter sulcatis, longitudinaliter costatis, costis plurimis obtusis, prope suturam elevatis; apertura subrotundata, superne subacuminatā, infra in canalem brevem reflexam desinente; peritremate crenato; labio externo intus sulcato, interno corrugato; columella triplicata; umbilico mediocri, margine elevato.

Long. $1\frac{1}{10}$ poll., lat. $\frac{17}{20}$ poll.

Legit H. Cuming ad Panamam et St. Elenam.

Proceedings. 1832. p. 54.

19. Cancellaria gemmulata *G. B. Sowerby.*

C. testā ovato-ventricosa, albida; spira brevi, obtusiuscula; anfractibus quinque v. sex, longitudinaliter granoso-plicatis et spiraliter sulcatis; sutura distincta, crenata; apertura oblonga, superne acuminata, infra in canalem brevem desinente; peritremate indentato; labio intus sulcato; columella triplicata, plica inferiore minima; umbilico minimo, margine elevato.

Long. 1 poll., lat. $\frac{13}{20}$ poll.

Legit H. Cuming in sinu Nocoiya Americae centralis.

Proceedings. 1832. p. 55.

20. Cancellaria decussata *G. B. Sowerby.*

C. testā ovato-acuminata brunnescente; anfractibus sex, decussatim costellatis, costellis granulosis; sutura crenulata; apertura oblonga, superne acuminata, infra in canalem brevem, acuminatum desinente; peritremate acutiusculo;

labio intus leviter sulcato; columella triplicata, plica inferiore minima; umbilico minimo, margine elevata.

Long. $1\frac{1}{2}$ poll., lat. $\frac{4}{5}$ poll.

Legit H. Cuming ad oras Americae meridionalis et centralis (Panama and Puerto Portrero.)

Proceedings. 1832. p. 55.

21. Cancellaria bulbulus *G. B. Sowerby.*

C. testā oblonga, medio ventricosa, apice acuminata; anfractibus sex v. septem, superioribus carinato-decussatis, ultimo ventricoso, laevi, infra sulcato; apertura oblonga, infra in canalem brevem decurrente; peritremate acuto; columella triplicata, plica superiore majore, infima subobsoleta; labio interno superne incrassato, subtus subgranoso.

Long. $1\frac{1}{5}$ poll., lat. $\frac{3}{4}$ poll.

Legit H. Cuming ad littora Americae centralis; duo quidem specimina cum c. solida Sow. (at Real Llejos).

Proceedings. 1832. p. 55.

22. Cancellaria uniplicata *G. B. Sowerby.*

C. testā oblonga, utrinque acuminata, fusca; anfractibus quinque v. sex, decussatis, prope suturam crenulatis, et postice unicarinatis, carina granosa; apertura oblonga in canalem antice producta; labio externo intus denticulato, margine crenulata; columella uniplicata.

Long. 0·75 poll., lat. 0·35 poll.

Unica hucusque species, cujus columella uniplicata est.

Legit H. Cuming prope Panamam in America meridionali.

Proceedings. 1832. p. 173.

35. HARPA Lam.

1. Harpa Rivoliana *R. P. Lesson.*

H. testā oblonge ventricosa; costis dexteris latis, sinistris angustis, inferius hystricosis, omnibus flaveolo-carneis, lineis transversis albis et lineamentis longitudinalibus rubro-nigris distinctis, interstitiis albidis, lineis imbricatis

rubro-atris notatis; columella pallide carnea; maculis tribus magnis violaceis ornata.

Long. 3 poll. 1 lin., lat. 2 poll.

Secundum L. C. Kiener (coquilles vivantes. gen. harpa. p. 11 et pl. V. fig. 8. 8 a.) specimina adulta sunt h. roseae Lam.

Formā similis h. ventricosae Lam. — Nominata in memoriam ducis de Rivoli.

E collectione ducis de Rivoli. — Hab. in mari Japonico?

Lesson, illustrations de zool. XII. (nr. XXXVI et) pl. XXXVI.

36. COLUMBELLA auct. (colombella Lam.; columbus Montf.)

1. Columbella pulcherrima *G. B. Sowerby.*

C. testā ovata, spira subulata; anfractibus novem, primo minimo, albo, secundo tertio quarto et quinto nigro-rufescentibus, politis, sexto septimo et octavo concoloribus, spiraliter sulcatis; ultimo ventricoso, longitudinaliter rugoso et spiraliter sulcato, albido, sulcis brunneis; labio externo incrassato; peritremate polito, intus superne emarginato, infra denticulato; labio interno tenui, polito; canali recurva.

Long. 1 poll., lat. $\frac{1}{2}$ poll.

Legit H. Cuming ad oras Americae centralis (Gulf of Dulce).

Proceedings. 1832. p. 113.

2. Columbella harpiformis *G. B. Sowerby.*

C. testā ovato-subtrigona, nigra, albido-maculata, epidermide tenui fulva induta; spira brevi; anfractibus sex v. septem, marginibus crenulatis, ultimo trigonali, longitudinaliter costato; apertura elongata, superne in canalem elongatam producta; labio externo incrassato, inflexo, intus denticulato; canali subrecurva.

Long. $\frac{7}{10}$ poll., lat. $\frac{3}{5}$ poll.

Le-

Legit H. Cuming in sinu Panamae.

Proceedings. 1832. p. 113.

3. Columbella bicanalifera *G. B. Sowerby.*

C. testā ovato-pyramidali, apice acuto, basi spiraliter sulcato; anfractibus septem, superioribus longitudinaliter rugosis, pallescentibus, fusco-variis; ultimo pallido, fusco-strigato, strigis prope suturas saturatioribus, apertura oblonga, in canalem superne decurrente; labio externo incrassato, reflexo, subflexuoso, superne acuminato.

Long. $\frac{11}{20}$ poll., lat. $\frac{3}{5}$ poll.

Legit H. Cuming ad insulas Gallapagos.

Proceedings. 1832. p. 113.

4. Columbella spurca *G. B. Sowerby.*

C. testā oblonga, castanea, albido-maculata et guttata; spira acuminata; anfractibus septem, superne angulosis, ultimo ventricoso, infra spiraliter sulcato; apertura oblonga, intus violascente, superne angulata; labio externo flexuoso, subincrassato, intus denticulato; columella infra unituberculata; labii interni margine ad basin denticulata.

Long. $1\frac{1}{5}$ poll , lat. $\frac{7}{10}$ poll.

Legit H. Cuming sub lapidibus ad oras Peruvianas (Inner Lobos Island).

Proceedings. 1832. p. 113.

5. Columbella buccinoides *G. B. Sowerby.*

C. testā oblonga, laevi, piceo-nigra, prope suturas pallide maculata; spira acuminata; anfractibus octo, ultimo infra spiraliter striato; labii externi extus subincrassati, intus obsolete denticulati margine superiori subemarginata; canali brevissima.

Long. $\frac{7}{10}$ poll., lat. $\frac{3}{10}$ poll.

Simulat esse buccinum Adans.

Legit H. Cuming sub lapidibus ad oras Peruvianas.

Proceedings. 1832. p. 114.

6. Columbella coronata *G. B. Sowerby.*

C. testā oblongo-acuminata, alba, brunneo-variegata;

anfractibus septem vel octo, laevibus, tribus ultimis serie unica tuberculorum mucronatorum coronatis; labio externo intus denticulato.

Long. $\frac{13}{20}$ poll., lat. $\frac{3}{10}$ poll.

Pulchra species, varians in colorum dispositione.

Legit H. Cuming sub lapidibus in sinu Panamae.

Proceedings. 1832. p. 114.

7. Columbella lyrata *G. B. Sowerby.*

C. testā oblonga, acuminata, albida, epidermide fusca induta; anfractibus decem, longitudinaliter costatis, costis infra nigris; ultimo anfractu infra spiraliter striato, superne longitudinaliter costato, costis nigro-articulatis; apertura oblonga, breviuscula, medio coarctata, labio externo intus denticulato.

Long. $\frac{4}{5}$ poll., lat. $\frac{7}{20}$ poll.

Legit H. Cuming sub lapidibus in sinu Panamae et ad Chiriqui.

Proceedings. 1832. p. 114.

8. Columbella uncinata *G. B. Sowerby.*

C. testā oblonga, utrinque acuminata, fulva, fascia centrali albido-articulata; anfractibus sex v. septem; superioribus parvis, subnodulosis; ultimo maximo, superne angulato; apertura longitudinali, elongata, flexuosa, superne in canalem brevem uncinatam porrecta; labio externo incrassato, intus denticulato, denticulis confertis; labio interno granuloso.

Long. $\frac{1}{2}$ poll., lat. $\frac{3}{10}$ poll.

Legit H. Cuming ad oras Columbiae (Isle of Muerte, Bay of Guayaquil).

Proceedings. 1832. p. 114.

9. Columbella elegans *G. B. Sowerby.*

C. testā elongato-subulata, alba, fusco variegata et reticulata, epidermide tenui fulva induta; anfractibus undecim v. duodecim, primis laevibus, caeteris longitudinaliter costatis; ultimo infra spiraliter sulcato; labio externo incras-

sato; peritremate subreflexo, superne intus emarginato, demum dentibus nonnullis internis; labio interno lamellari; canali incrassata.

Long. $1\frac{1}{2}$ poll., lat. $\frac{1}{2}$ poll.

Legit H. Cuming ad Guacamayo in America centrali.

Proceedings. 1832. p. 114.

10. Columbella unifasciata *G. B. Sowerby.*

C. testā oblongo-pyramidali, laevi, castaneo-nigricante; anfractibus sex, medio spiraliter albido-unifasciatis; apertura breviuscula; peritremate intus denticulis nonnullis.

Long. $\frac{2}{5}$ poll., lat. fere $\frac{1}{5}$ poll.

Legit H. Cuming sub lapidibus (marinis) ad Valparaiso.

Proceedings. 1832. p. 114.

11. Columbella gibberula *G. B. Sowerby.*

C. testā ovato-pyramidali; spira subulata; anfractibus octo v. novem, pallidis, brunneo-nubeculatis, ultimi dorso superne gibberulo, ad utrumque latus varicoso; apertura breviuscula; peritremate incrassato, expanso, intus denticulis nonnullis; labio interno superne calloso, medio arcuato; canali brevi, reflexa.

Long. $\frac{3}{5}$ poll., lat. $\frac{3}{10}$ poll.

Legit H. Cuming ad oras Americae meridionalis et centralis (Bay of Caraccas and Puerto Portrero).

Proceedings. 1832. p. 115.

12. Columbella turrita *G. B. Sowerby.*

C. testā elongato-pyramidata; spira subulata; anfractibus decem, albidis, fusco-reticulatis et prope suturam articulatis; apertura oblonga, superne acuminata, subcanalifera; labio externo incrassato; peritremate albo, subreflexo, intus laevi; columella arcuata.

Long. $1\frac{1}{5}$ poll., lat. $\frac{2}{5}$ poll.

Legit H. Cuming ad oras Americae centralis (Bay of Montijo and St. Elena).

Proceedings. 1832. p. 115.

13. Columbella fulva *G. B. Sowerby.*

C. testā ovato-subulata, fulva, epidermide minutissime

reticulata induta; anfractibus decem; superioribus longitudinaliter costatis; ultimo infra spiraliter striato, superne longitudinaliter costato; apertura, labio externo dentibusque internis albis.

Long. $\frac{9}{10}$ poll., lat. $\frac{7}{20}$ poll.

Legit H. Cuming sub lapidibus ad Panamam.

Proceedings. 1832. p. 115.

14. Columbella rugosa *G. B. Sowerby.*

C. testā oblonga, medio gibbosula; epidermide fusca; spirae apice plerumque eroso; anfractibus septem, longitudinaliter costato-rugosis; ultimo infra spiraliter costato, superne longitudinaliter costato, costis omnibus superne unituberculatis; apertura subaperta.

Long. $\frac{4}{5}$ poll., lat. $\frac{2}{5}$ poll.

Habitu similis c. fluctuatae Sow. Remota epidermide testa alba apparet maculis nigris.

Legit H. Cuming sub lapidibus ad oras Americae meridionalis (Panamae et Xipixapi).

Proceedings. 1832. p. 115.

15. Columbella fluctuata *G. B. Sowerby.*

C. testā oblonga, alba, nigro- vel castaneo-maculata et fluctuata; epidermide fusca; spirae apice plerumque eroso; anfractibus septem, longitudinaliter costatis, ultimi costis abbreviatis; apertura medio coarctata; labio externo superne emarginato, interno infra denticulato.

Long. $\frac{9}{10}$ poll., lat. $\frac{1}{2}$ poll.

Legit H. Cuming sub lapidibus ad oras Americae centralis (Gulf of Nocoiyo).

Proceedings. 1832. p. 115.

16. Columbella recurva *G. B. Sowerby.*

C. testā oblonga, turrita, fulva; spira acuminato-pyramidali; anfractibus decem v. undecim; primis sex longitudinaliter costatis; caeteris serie tuberculorum unica instructis; ultimi dorso subgibbo; parte inferiore transversim striata; aperturae elongatae canali longiuscula, recurva; labio externo reflexo, incrassato.

Long. $1\frac{1}{4}$ poll., lat. $\frac{1}{2}$ poll.

Legit H. Cuming ad oras Americae meridionalis (Isle of Plata).

Proceedings. 1832. p. 115.

17. Columbella lanceolata *G. B. Sowerby.*

C. testā oblonga, turrita, albida, fulvo-varia; spira acuminato-pyramidali; anfractibus decem, undecim v. duodecim; primis sex v. septem laevigatis; caeteris serie unica tuberculorum instructis; ultimi dorso subgibbo, parte inferiore transversim striata; aperturae elongatae canali breviuscula, subrecurva; labio externo incrassato, variciformi.

Long. $1\frac{3}{5}$ poll., lat. $\frac{1}{2}$ poll.

Legit H. Cuming ad insulas Gallapagos.

Proceedings. 1832. p. 116.

18. Columbella maculosa *G. B. Sowerby.*

C. testā oblongo-subulata, albida, irregulariter fulvo-maculata; spira acuminato-pyramidali; anfractibus novem v. decem; primis septem v. octo laevigatis; caeteris tuberculorum serie unica coronatis; ultimo serie altera adjecta; apertura brevi, canali subrecurva.

Long. 1 poll., lat. $\frac{7}{20}$ poll.

Legit H. Cuming cum c. subulata.. ad littora Americae centralis (Guacamayo).

Proceedings. 1832. p. 116.

19. Columbella haemastoma *G. B. Sowerby.*

C. testā oblonga, laevigata, apice acuminato; anfractibus septem v. octo, castaneis, albo-maculatis, ultimo dorso nigro, infra castaneo; apertura elongata, flexuosa; labio externo extus incrassato, superne prominente, albo; peritremate aurantiaco; labio interno intus denticulato; columella unituberculata.

Long. $\frac{9}{10}$ poll., lat. $\frac{1}{2}$ poll.

Variat formā nana.

Legit H. Cuming sub lapidibus ad insulas Gallapagos et ad littora Panamae.

Proceedings. 1832. p. 116.

20. Columbella varia *G. B. Sowerby.*

C. testā oblonga, decussato-costata, apice acuminato; anfractibus octo v. novem, fuscis, albido-variegatis, longitudinaliter costatis, interstitiis costarum sulcatis; apertura subovali; labii externi extus incrassati margine superne emarginata.

Long. 1 poll., lat. $\frac{7}{20}$ poll.

Legit H. Cuming sub lapidibus ad Panamam.

Proceedings. 1832. p. 116.

21. Columbella scalarina *G. B. Sowerby.*

C. testā ovata, longitudinaliter costata, apice pyramidali; anfractibus sex v. septem, superne contabulatis, longitudinaliter costatis, interstitiis costarum decussatis, costis ad basin continuis; apertura coarctata, superne emarginata; peritremate intus denticulato, denticulis superioribus majoribus.

Long. $\frac{17}{20}$ poll., lat. $\frac{2}{5}$ poll.

Color pallidus, fasciis spiralibus obscure fuscis. Obtegens epidermis tenuis sed aspera.

Legit H. Cuming sub lapidibus ad Panamam et Chiriqui.

Proceedings. 1832. p. 116.

22. Columbella pyrostoma *G. B. Sowerby.*

C. testā ovata, medio turgida; spira brevi, conica; anfractibus sex, longitudinaliter tuberculato-costatis, costis nigris, interstitiis rufescentibus; apertura rufa.

Long. $\frac{3}{5}$ poll., lat. $\frac{2}{5}$ poll.

Similis colombellae mendicariae Lam., et accedens ad genera purpura Brug., ricinula Lam. ac murex L.

Legit H. Cuming sub lapidibus ad oras Americae meridionalis (Panama and Gallapagos).

Proceedings. 1832. p. 116.

23. Columbella maura *G. B. Sowerby.*

C. testā ovata, medio turgida; spira longiuscula, conico-acuminata; anfractibus sex v. septem; tuberculato-costatis, nigris, albido nonnunquam variegatis; apertura pallida.

Long. $\frac{4}{5}$ poll., lat. $\frac{1}{2}$ poll.

Aliqua ratione affinis c. pyrostomati Sow.

Legit H. Cuming cum c. pyrostomate Sow. sub lapidibus ad oras Americae meridionalis (Panama and Gallapagos).

Proceedings. 1832. p. 117.

24. Columbella livida *G. B. Sowerby.*

C. testā ovata, medio turgida; spira longiuscula, conico-acuminata; anfractibus sex vel septem, longitudinaliter tuberculato-costatis, lividis, pallide fusco-fasciatis; labio externo intus denticulis tribus.

Long. $\frac{7}{10}$ poll., lat. $\frac{7}{20}$ poll.

Similitudine quadam cum c. pyrostomate Sow. et c. maura Sow. conjuncta.

Legit H. Cuming sub lapidibus ad Panamam.

Proceedings. 1832. p. 117.

25. Columbella nigro-punctata *G. B. Sowerby.*

C. testā ovato-acuminata, alba, nigro-punctata; anfractibus sex, tuberculorum infra suturam serie unica, medio longitudinaliter costatis, costis decussatis.

Long. $\frac{9}{20}$ poll., lat. $\frac{1}{4}$ poll.

Affinis colombellae zonali Lam., distincta tamen.

Legit H. Cuming meleagrinae Lam. adhaerentem, ad insulas Polynesias (Lord Hood's Islands).

Proceedings 1832. p. 117.

26. Columbella obtusa *G. B. Sowerby.*

C. testā oblonga, subcylindrica, laevi, anfractibus octo, albicantibus, castaneo-maculatis, maculis angulatis, subtrapeziformibus; anfractu ultimo ad basin sulcato.

Long. $\frac{3}{4}$ poll., lat. $\frac{3}{10}$ poll.

Legit H. Cuming ad insulam Huaheine.
Proceedings. 1832. p. 117.

27. Columbella fuscata *G. B. Sowerby.*

C. testā ovato-acuminata, medio ventricosa, castanea, albido-guttulata, epidermide fusca induta; spira acuminata; anfractibus septem, ultimo maximo; apertura elongata, flexuosa; peritrematis albidi aut violacei medio intus denticulato; columellae dimidio inferiore denticulato.

Long. $\frac{9}{10}$ poll., lat. $\frac{1}{2}$ poll.

Legit H. Cuming frequentem ad oras Americae meridionalis (Panama, St. Elena, Monte Christe).

Proceedings. 1832. p. 117.

28. Columbella costellata *G. B. Sowerby.*

C. testā oblongo-pyramidali, albida, castaneo-nigricanti-maculata; spira acuminata; anfractibus octo v. novem, longitudinaliter costellatis, ultimo ad basin spiraliter striato.

Long. $\frac{13}{20}$ poll., lat. $\frac{1}{4}$ poll.

Legit H. Cuming ad Panamam.

Proceedings. 1832. p. 118.

29. Columbella guttata *G. B. Sowerby.*

C. testā oblongo-pyramidali, laevigata, fusca, maculis guttulisque albidis notata; spira acuminata, plerumque decollata; anfractibus septem v. octo, ultimo spiraliter striato ab basin; apertura albicante, dentibus internis peritrematis superioribus majusculis.

Long. $\frac{3}{5}$ poll., lat. $\frac{1}{3}$ poll. (paullo plus).

Species jam diutius nota, nec item descripta.

Legit H. Cuming sub lapidibus ad Panamam.

Proceedings. 1832. p. 118.

30. Columbella varians *G. B. Sowerby.*

C. testā ovata, medio ventricosa, albida, coloribus variis picta; spira breviter pyramidali; anfractibus quatuor, quinque v. sex, spiraliter sulcatis, superne subangulatis, noduliferis; apertura angusta, flexuosa; peritremate superne

angulato, intus denticulato; labio interno prope basin denticulato; columellae dentibus tribus, parvis.

Long. $\frac{2}{5}$ poll., lat. $\frac{1}{4}$ poll.

Pulcra species, colore maximopere variabilis. — Sow. jam pluribus inde annis specimina acceperat, sed sine loci relatione.

Legit H. Cuming ad insulas Gallapagos (Hood's Island).

Proceedings. 1832. p. 118.

31. Columbella angularis *G. B. Sowerby.*

C. testā oblongo-pyramidali, pallida, fusco-varia; spira subulata; anfractibus decem, longitudinaliter costatis, ultimi medio subangulato, basi reflexo; apertura subquadrata, canali longiuscula, lata; peritremate extus incrassato.

Long. $1\frac{1}{10}$ poll., lat. $\frac{1}{2}$ poll.

Legit H. Cuming ad Panamam.

Proceedings. 1832. p. 118.

32. Columbella castanea *G. B. Sowerby.*

C. testā ovato-oblonga, castanea, punctulis albidis conspersa; spira breviuscula, acuminata; anfractibus quinque, superne anguliferis, ultimo magno, ad basin spiraliter sulcato; apertura elongata, flexuosa, superne angulosa; peritremate aurantiaco; labio externo intus denticulato; interno superne callifero, medio albo eroso, infra plicato-rugoso.

Long. $\frac{9}{10}$ poll., lat. $\frac{1}{2}$ poll.

Jam dudum specimina in Angliam venere.

Legit H. Cuming ad oras Americae centralis (Real Llejos).

Proceedings. 1832. p. 118.

33. Columbella sulcosa *G. B. Sowerby.*

C. testā ovato-oblonga, fulva, nigricanti- vel rufo-nigricanti-lineata; spira acuminata; anfractibus septem, longitudinaliter costatis, decussatim spiraliter sulcatis; cauda reflexa; apertura superne latiore, infra canali distincta; labio externo extus incrassato, intus denticulis quatuor centralibus; interno rugis basalibus nonnullis.

Long. $1\frac{1}{10}$ poll., lat. $\frac{1}{2}$ poll.

Legit H. Cuming ad insulas Polynesias (Annaa, or Chain Island, and Lord Hood's Island).

Proceedings. 1832. p. 118.

34. Columbella major *G. B. Sowerby.*

C. testā ovata, medio gibbosa, castanea, albido-punctulata; spira breviuscula, pyramidali, acuminata; anfractibus sex v. septem, laevigatis, ultimo maximo, superne rotundato-turgido, infra spiraliter sulcato; apertura elongata, flexuosa, alba, superne angulata; labio externo superne obtuse angulato, albo, intus denticulato; labio columellari superne callifero, infra plicato-rugoso.

Long. $1\frac{1}{10}$ poll., lat. $\frac{7}{10}$ poll.

Species diu cognita et vulgo ad colombellam strombiformem Lam. relata, eique valde affinis.

Legit H. Cuming sub lapidibus ad oras Americae meridionalis (Isle of Muerte).

Proceedings. 1832. p. 119.

35. Columbella procera *G. B. Sowerby.*

C. testā oblongo-pyramidali, medio ventricosa, caerulescenti-albida, fusco-punctata et maculata; spira gradatim acuminata, anfractibus octo v. novem longitudinaliter costellatis; superioribus decussatis; medianis subtuberculiferis; ultimo medio laevigato, infra spiraliter sulcato; apertura oblonga, superne acuminata, subtus in canalem breviusculam desinente; labio externo intus denticulato; columella arcuata, laevi.

Long. $2\frac{3}{10}$ poll., lat. $\frac{9}{10}$ poll.

Non exacte respondet characteri generico Lamarck-iano.

Legit H. Cuming unicam ad Panamam.

Proceedings. 1832. p. 119.

36. Columbella pygmaea *G. B. Sowerby.*

C. testā ovato-oblonga, pallescente; spira acuminata; anfractibus sex; superioribus quinque longitudinaliter costatis, fascia interrupta, nigra; ultimo superne longitudinaliter costato, infra spiraliter sulcato, fasciis duabus interruptis

nigris; apertura latiuscula; labii externi margine superne emarginata.

Long. $\frac{1}{4}$ poll., lat. $\frac{1}{8}$ poll.

Legit H. Cuming conchis cassis adhaerentem, ad St. Elenam.

Proceedings. 1832. p. 119.

37. Columbella unicolor *G. B. Sowerby.*

C. testā ovata, medio ventricosa, castanea; anfractibus quinque, laevibus; sutura profundiuscula; apertura latiuscula, ad basin subeffusa; canali brevissima; labio externo extus subincrassato, intus denticulis obsoletiusculis nonnullis.

Long. $\frac{2}{5}$ poll., lat. $\frac{1}{5}$ poll.

Legit H. Cuming ad insulas Gallapagos (Hood's Island).

Proceedings. 1832. p. 119.

38. Columbella versicolor *G. B. Sowerby.*

C. testā ovata, medio ventricosa, pallida, coloribus variis picta; spira acuminata; anfractibus sex, superne rotundato-angulatis; sutura profunda; apertura superne angulosa; peritremate intus denticulato.

Long. $\frac{9}{20}$ poll., lat. $\frac{9}{40}$ poll.

Legit H. Cuming ad insulas Polynesiae (Annaa, or Chain Island).

Proceedings. 1832. p. 119.

39. Columbella dorsata *G. B. Sowerby.*

C. testā oblongo-pyramidali, alba, lineis irregularibus, flexuosis, confertis, castaneis obtecta; anfractibus octo, laevibus, superne turgidulis; ultimi lateribus inflatis, dorso prominente; sutura distincta; apertura angusta, flexuosa, alba; peritremate extus incrassato; labio columellari ex arato.

Long. 1 poll.; lat. $\frac{1}{2}$ poll.

Similis c. gibberulae Sow.

Legit H. Cuming ad oras Columbiae (Island of Muerte, Bay of Guayaquil.)

Proceedings. 1832. p. 120.

37. MUREX Linn.

1. Murex rubescens *W. J. Broderip.*

M. testā subrhomboidea, trifariam varicosa, varicibus subfrondescentibus, tuberculo interstitiali magno, transversim sulcata et striata; canali mediocri subrecta rosea; varicibus tuberculis frondibusque nigricantibus.

Long. $1\frac{3}{4}$ poll., lat. $\frac{7}{8}$ poll.

Legit H. Cuming ad insulam Taheiten.

Proceedings. 1832. p. 174.

2. Murex pinniger *W. J. Broderip.*

M. testā fusiformi, sordide purpureo-albida, transversim substriata, tripinnata, pinnis elevatis, laciniatis, tuberculo interstitiali majusculo; apertura ovali; canali tubulari.

Long. circa 2 poll., lat. (pinnis inclusis) $1\frac{1}{8}$ poll.

Legit H. Cuming in America meridionali (Xipixapi).

Proceedings. 1832. p. 174.

3. Murex recurvirostris *W. J. Broderip.*

M. testā ventricosa, trifariam spinosa, spinis brevibus magnis, interstitiis tri- v. quadri-seriatim tuberculosis, tuberculis parvis, subasperis subcancellata, sordide alba, transversim castaneo-lineata; canali longa recurva, basin versus spinosa; operculo rugoso.

Long. 3 poll., lat. $1\frac{3}{4}$ poll.

Testa junior tantum non inermis.

Legit H. Cuming in America centrali (Gulf of Nocoiyo).

Proceedings. 1832. p. 174.

4. Murex tetragonus *W. J. Broderip.*

M. testā pyramidali, albida, quadrifariam varicosa, transversim costata, subcancellata, apertura violacea, prominente; labii limbo unduloso-crenulato; canali brevi, recurva.

Long. $1\frac{1}{4}$ poll., lat. $\frac{3}{4}$ poll.

E museo Sowerby. — Patria desideratur.

Proceedings. 1832. p. 174.

5. Murex maurus *W. J. Broderip.*

M. testā rhomboidea, ponderosa, quadrifariam varicosa;

tuberculo interstitiali unduloso, transversim creberrime granuloso-striata et sulcata, rosea, sulcis striisque nigricantibus, labri intus crenulati limbo denticulato, roseo; apertura alba.

Long. $1\frac{1}{8}$ poll., lat. $1\frac{1}{4}$ poll.

Legit H. Cuming ad insulam Annaan in Oceano Pacifico.

Proceedings. 1832. p. 174.

6. Murex erosus *W. J. Broderip.*

M. testā fusiformi, quinquefariam varicosa, transversim sulcata, sulcis approximatis, crenulatis; canali brevi, subrecurva.

Long. $\frac{7}{12}$ poll., lat. $\frac{1}{3}$ poll.

Legit H. Cuming sub lapidibus ad Panamam.

Proceedings. 1832. p. 174.

7. Murex exiguus *W. J. Broderip.*

M. testā quinquefariam frondosa, frondibus brevissimis, planiusculis, transversim altissime sulcata, sordide alba; spira brevi, canali mediocri, recurva.

Long. $\frac{3}{8}$ poll., lat. $\frac{1}{4}$ poll.

Legit H. Cuming ad Salango.

Proceedings. 1832. p. 175.

8. Murex humilis *W. J. Broderip.*

M. testā ovato-fusiformi, albido-castanea, quinque- v. sex-fariam varicosa, varicibus submuricatis, transversim sulcata et striata; operculo rugoso.

Long. $1\frac{1}{8}$ poll., lat. $\frac{3}{4}$ poll.

Legit H. Cuming ad portum St. Elenae.

Proceedings. 1832. p. 175.

9. Murex pumilus *W. J. Broderip.*

M. testā rhomboidea, quinquefariam subfrondosa, frondibus brevibus, planiusculis, subrecurvis, a latere crenulatis, nigro-fusca, albo-subfasciata; canali mediocri, subrecurva; labri limbo crenulato.

Long. $\frac{1}{2}$ poll., lat. $\frac{3}{10}$ poll.

Legit H. Cuming sub lapidibus ad insulas Gallapagos.
Proceedings. 1832. p. 175.

10. Murex lugubris *W. J. Broderip.*

M. testā subovata, transversim costata, subatropurpurea, sexfariam frondosa, frondibus brevibus, recurvis, fasciaque basali albidis; canalis medio clauso.

Long. $1\frac{1}{4}$ poll., lat. $\frac{7}{8}$ poll.

Legit H. Cuming in America centrali (Puerto Portrero).
Proceedings. 1832. p. 175.

11. Murex princeps *W. J. Broderip.*

M. testā subrhomboidea, ventricosa, sexfariam frondosa, frondibus longioribus laciniatis, transversim substriata, alba, rufo-purpureo-fasciata; operculo crasso, parvo.

Long. $5\frac{5}{8}$ poll., lat. $3\frac{3}{8}$ poll.

Legit H. Cuming in America centrali (Puerto Portrero).
Proceedings. 1832. p. 175.

12. Murex carduus *W. J. Broderip.*

M. testā ovato-acuta, sexfariam varicoso-spinosa, transversim sulcata et striata, alba, fasciis rufo-castaneis.

Long. $1\frac{1}{6}$ poll., lat. $\frac{3}{4}$ poll.

Legit H. Cuming in Oceano juxta Pacosmayo Peruviae.
Proceedings. 1832. p. 175.

13. Murex nucleus *W. J. Broderip.*

M. testā subrhomboidea, septemfariam subvaricosa, transversim rugoso-sulcata, sulcis creberrimis, sordide alba; canali brevissima, subrecurva.

Long. $\frac{1}{2}$ poll., lat. $\frac{1}{3}$ poll.

Legit H. Cuming ad insulas Gallapagos.
Proceedings. 1832. p. 175.

14. Murex vibex *W. J. Broderip.*

M. testā turrita, septemfariam varicosa, varicibus subnodosis, transversim sulcata, sublutea; apertura alba, interne sulcata; labri limbo crenulato; canali brevissima; epidermide fusca, rugosa.

Long. $1\frac{5}{8}$ poll., lat. 1 poll.

Intermedius apparet inter muricem L. et turbinellam Lam.
Legit H. Cuming ad St. Elenam et ad Panamam.
Proceedings. 1832. p. 175.

15. Murex incisus *W. J. Broderip.*

M. testā ovata, septemfariam varicosa, varicibus rotundatis, elevatis, transversim creberrime carinata et striata, carinis striisque crenulatis; albida; carinis subcastaneis.

Long. $1\frac{1}{8}$ poll., lat. $\frac{7}{8}$ poll.
Legit H. Cuming ad portum St. Elenae.
Proceedings. 1832. p. 176.

16. Murex vittatus *W. J. Broderip.*

M. testā ovato-acuta, septemfariam varicoso-spinosa, spinis brevibus, transversim sulcata, alba, nigro-fasciata.

Long. $\frac{7}{8}$ poll., lat. $\frac{7}{12}$ poll.
Legit H. Cuming ad Guayaquil (Isle of Muerte Bay).
Proceedings. 1832. p. 176.

17. Murex oxyacantha *W. J. Broderip.*

M. testā pyriformi, transversim striata, septemfariam spinosa, spinis canaliculatis, alba, epidermide fusca; spira brevi; canali longiuscula, subrecurva.

Long. $2\frac{1}{8}$ poll., lat. (spinis inclusis) $2\frac{1}{6}$ poll.
Legit H. Cuming in America centrali (Real Llejos).
Proceedings. 1832. p. 176.

18. Murex nitidus *W. J. Broderip.*

M. testā subrhomboidea, octofariam spinoso-varicosa, transversim striata; anfractu basali ventricoso, albo, vittis lineatis, nigro-castaneis trifasciato, et spinis magnis, canaliculatis, sublaciniatis coronato; spira brevi; canali mediocri, spinosa, ad apicem nigricante; apertura alba; labro intus denticulato.

Long. $1\frac{1}{8}$ poll., lat. (spinarum corona inclusa) $\frac{3}{4}$ poll.
Legit H. Cuming in America centrali (Real Llejos).
Proceedings. 1832. p. 176.

19. Murex horridus *W. J. Broderip.*

M. testā subrhomboidea, novem- v. decemfariam vari-

cosa, sulcis striisque interstitialibus transversis, creberrimis, aspero-rugosis, sordide albida; apertura glabra; alba.

Long. $1\frac{1}{8}$ poll., lat. $\frac{5}{8}$ poll.

Legit H. Cuming ad St. Elenam et ad Panamam.

Proceedings. 1832. p. 176.

20. Murex crispus *W. J. Broderip.*

M. testā subovata, multifariam frondosa, frondibus brevibus, striatis, crispis, transversim costata, alba, costis frondibusque albido-brunneis; anfractibus superne complanatis.

Long. $2\frac{1}{8}$ poll., lat. $1\frac{1}{2}$ poll.

Legit H. Cuming in Pelago juxta Peruviam (twelve miles from Pacosmayo).

Proceedings. 1832. p. 176.

21. Murex squamosus *W. J. Broderip.*

M. testā sordide albida, ovato-pyriformi, ventricosa, multifariam varicosa (varicibus rotundatis), striis transversis, elevatis, squamosis aspera; anfractibus angulatis; columella laevi; labri limbo intus substriato; canali valde aperta, brevi, subrecurva.

Long. $1\frac{5}{8}$ poll., lat. 1 poll.

Legit H. Cuming ad Peruviam (Payta).

Proceedings. 1832. p. 176.

22. Murex margariticola *W. J. Broderip.*

M. testā ovato-acuta, multifariam subvaricosa, aspero-rugosa, nigricante; apertura albido-purpurea, columella crenulata, labro intus dentato; canali aperta, subrecurva.

Long. $1\frac{3}{8}$ poll., lat. $\frac{2}{3}$ poll.

Legit H. Cuming meleagrinae margaritiferae Lam. adhaerentem, in Oceano Pacifico (Lord Hood's Island).

Proceedings. 1832. p. 177.

23. Murex lappa *W. J. Broderip.*

M. testā subrhomboidea, alba, nodulis acutis, spinulisque horrida, anfractu basali spinis longioribus coronata; la-

labro crenulato intus alte striato, striis distantibus; umbilico magno; spira producta.

Long. $1\frac{1}{2}$ poll., lat. $\frac{7}{8}$ poll.

Legit H. Cuming ad St. Elenam.

Proceedings. 1832. p. 177.

24. Murex buxeus *W. J. Broderip.*

M. testā subfusiformi, multifariam unduloso-varicosa, transversim striata, fusca, albo-transversim lineata; apertura alba; labro intus denticulato.

Long. $1\frac{1}{2}$ poll., lat. $\frac{4}{5}$ poll.

Legit H. Cuming ad Iquiqui.

Proceedings. 1832. p. 194.

25. Murex dipsacus *W. J. Broderip.*

M. testā fusiformi, multifariam varicosa, varicibus subfrondentibus, transversim costata, quasi cancellata, alba, fusco-subfasciata; spira producta, canali mediocri.

Long. 1 poll., lat. $\frac{1}{2}$ poll.

Legit H. Cuming ad St. Elenam.

Proceedings. 1832. p. 194.

26. Murex pallidus *W. J. Broderip.*

M. testā fusiformi, alba, novemfariam varicosa, costis transversis frequentibus et lineis logitudinalibus creberrimis cancellata; canali valde aperta.

Long. $\frac{2}{3}$ poll., lat. $\frac{1}{3}$ poll.

Legit H. Cuming ad insulas Falkland.

Proceedings. 1832. p. 194.

38. TYPHIS Montf. (muricis Linn. pars.)

1. Typhis Cumingii *W. J. Broderip.*

T. testā subpyriformi, subventricosa, quadrifariam varicosa, spinosa, varicibus spiram versus in spinam cavam desinentibus, longitudinaliter substriata; apertura integra, ovata; labri limbo externo subspinoso; canali longissima, gracillima, subrecurva.

Long. $1\frac{1}{12}$ poll., lat. $\frac{5}{12}$ poll.

Legit H. Cuming ad Caraccas.

Proceedings. 1832. p. 177.

2. Typhis coronatus *W. J. Broderip.*

T. testā pyriformi, albida, subventricosa, quinquefariam varicosa, varicibus magnis, rotundatis, in spinam subtilem subincurvam spiram versus desinentibus, transversim substriata, striis subremotis; canali elongata.

Long. 1 poll., lat. $\frac{1}{2}$ poll.

Legit H. Cuming ad Columbiam occidentalem (Salango).

Proceedings. 1832. p. 178.

3. Typhis Belcheri *W. J. Broderip.*

T. testā subovata, albida, ventricosa, transversim substriata, tubulis recurvis, quinquefariam varicosa, varicibus laminatis, sublaciniatis, in frondem crispam spiram versus desinentibus; canali elongata, subrecurva, gracili.

Long. $\frac{3}{4}$ poll., lat. $\frac{1}{2}$ poll.

Similis (fossili) t. frondoso J. Sowerby.

E museo soc. zool. Londinens. — Legit Belcher (praefectus navis) ad Africam occidentalem (Cape Blanco).

Proceedings. 1832. p. 178.

4. Typhis Sowerbii (sic) *W. J. Broderip.*

T. testā subovata, albida, quadri- v. quinquefariam varicosa, varicibus laminatis, subfrondentibus; tubulis subrectis; canali brevi, subrecurva, gracili.

Long. $\frac{7}{8}$ poll., lat. $\frac{1}{2}$ poll.

Nominatus in memoriam Jacobi Sowerby. — Obvenit fossilis quoque.

E collectionibus J. et G. Sowerby. — Hab. in mari mediterraneo

Proceedings. 1832. p. 178.

5. Typhis pinnatus *W. J. Broderip.*

T. testā alba, fusiformi, trifariam pinnata, transversim striata, striis frequentibus, interstitiis punctatis; labri limbo crenulato.

Long. $\frac{3}{4}$ poll., lat. $\frac{1}{4}$ poll.

E collectione J. Sowerby. — Patria desideratur.
Proceedings. 1832. p. 178.

39. RANELLA Lam. (colubraria, bufonaria et gyrina Schum.; bufo et Apollon Montf.)

1. Ranella ventricosa *W. J. Broderip.*

R. testā ovato-acuta, ventricosissima, tuberculata, transversim striata, subgranosa, albida, fasciis angustis, castaneis; apertura alba, crenata.

Long. $3\frac{1}{8}$ poll., lat. $2\frac{1}{8}$ poll.

Tubercula seriatim disposita, elevata, magna, subacuta, ut plurimum serie unica in quoque anfractu, ultimo excepto.

Legit H. Cuming ad Peruviam (Bay of Callao).

Proceedings. 1832. p. 178.

2. Ranella nitida *W. J. Broderip.*

R. testā subrhomboidea, valde depressa, transversim tuberculato-striata (tuberculis subacutis), nigro-purpurea, interdum albo-fasciata, varicibus latis, pinnatis, laciniatis, albis; columella laevi; labri limbo intus denticulato; canali subelongata.

Long. 1 poll., lat. $\frac{5}{8}$ poll.

Legit H. Cuming sub lapidibus, ad Columbiam occidentalem (Bay of Caraccas).

Proceedings. 1832. p. 179.

3. Ranella muriciformis *W. J. Broderip.*

R. testā subpyriformi, fusca, fulva vel sordide alba, transversim striata (striis subremotis), varicibus pinnatis, latiusculis, albidis, interstitialiter tuberculata vel subfoliata; columella laevi; labri limbo intus denticulato; canali elongata, subrecurva.

Long. $1\frac{1}{2}$ poll., lat. $\frac{7}{8}$ poll.

Proxime accedit ad muricem L.

Legit H. Cuming ad Columbiam occidentalem (Bay of Montija).

Proceedings. 1832. p. 179.

4. Ranella affinis *W. J. Broderip.*

R. testā pyramidali, depressa, ponderosa, striis transversis, frequentibus, tuberculato-granosis, albido-rubente, maculis faciisque castaneis; columella valde rugosa; labri crenulati, subfimbriati limbo intus dentato.

Long. $2\frac{1}{2}$ poll., lat. $1\frac{3}{4}$ poll.

Affinis r. graniferae Lam.

Legit H. Cuming in Oceano Pacifico (Annaa).

Proceedings. 1832. p. 179.

5. Ranella caelata *W. J. Broderip.*

R. testā pyramidali, subponderosa, castanea, costis striisque transversis granoso-moniliformibus, nigricantibus; apertura rugoso-granosa, fulva, dentibus rugisque albidis; labri limbo fimbriato, lato, fusco, albo-radiato.

Long. $1\frac{7}{8}$ poll., lat. $1\frac{1}{4}$ poll.

Legit H. Cuming sub lapidibus ad Panamam.

Proceedings. 1832. p. 179.

6. Ranella tuberculata. *W. J. Broderip.*

R. testā pyramidali, seriatim tuberculata, transversim striata, subfulva, albo-fasciata, tuberculis subaequalibus, nigricantibus; apertura albida; columella subrugosa; labri limbo intus dentato, dentibus subremotis.

Long. $1\frac{1}{2}$ poll., lat. 1 poll.

Legit H. Cuming in Oceano Pacifico (Taheite).

Proceedings. 1832. p. 179.

7. Ranella pyramidalis *W. J. Broderip.*

R. testā elongato-pyramidali, valde compressa, alba, transversim costata; anfractibus suturam versus coronatis; linea longitudinali, interstitiali, utrinque solitaria, elevata; spira valde producta.

Long. $\frac{7}{8}$ poll., lat. $\frac{1}{2}$ poll.

Legit H. Cuming ad Uliteam et Panamam.

Proceedings. 1832. p. 194.

8. Ranella pusilla *W. J. Broderip.*

R. testā pyramidali, alba, granulosa.

Long. $\frac{2}{3}$ poll., lat. $\frac{5}{12}$ poll.

Legit H. Cuming in Oceano Pacifico (Lord Hood's Island).

Proceedings. 1832. p. 194.

9. Ranella magaritula *G. P. Deshayes.*

R. testā ovata, utrinque acuta, depressa, rufo-fuscoque-picta; anfractibus convexis, in medio carinato nodosis; striis transversalibus tenuissimis granulis ornatis; varicibus compressis; apertura ovata, utraque extremitate canaliculata; labro dextro incrassato, dentato, sinistro granuloso, basi rugoso.

Long. 40 millim.

Legit Ch. Bélanger rupibus adhaerentem in littoribus Malabaricis.

Bélanger voyage, zoologie. p. 424. et pl. III. fig. 13. 14. 15.

40. TRITON Lam., non Linn. (tritonium! Cuv.)

1. Triton lignarius *W. J. Broderip.*

Tr. testā globoso-pyriformi, longitudinaliter subplicata, transversim granuloso-striata, flava, striis saturatioribus; columella excavata, aperturae limbo luteo-sanguineo, dentibus albis; labro lato, crasso; cauda mediocri subrecurva; epidermide fusca reticulata, ad labrum villosa.

Long. $1\frac{1}{8}$ poll., lat. $\frac{7}{8}$ poll.

Legit H. Cuming ad portum Portrero et Panamam.

Proceedings. 1833. p. 5.

2. Triton constrictus *W. J. Broderip.*

Tr. testā fusiformi, valde distorta, transversim noduloso-striata, subcancellata, subfulva; spira elongata, attenuata; canali brevissima, subrecurva; apertura coarctata, limbo castaneo, granuloso, granulis albidis.

Long. $2\frac{1}{8}$ poll., lat. $1\frac{1}{4}$ poll.

Similis tr. ano Lam. et tr. clathrato Lam.

Legit H. Cuming ad montem Christi et Xipixapi.

Proceedings. 1833. p. 5.

(3.) Triton tigrinus *W. J. Broderip.*

Tr. testā fusiformi, laevi, subcostata; anfractibus subangulatis, hinc et hinc subnodosis, anfractu basali ventricoso, lato, et suturam juxta carinato; spira elongata, attenuata; croceo-fusca, varicibus et labri limbo externo nigro- vel castaneo-maculatis; apertura expansa, aurantiaca, strigis et maculis nigro-castaneis picta; epidermide fusca, subfoliacea.

Long. $6\frac{5}{8}$ poll., lat. 4 poll.

Similis tr. femorali Lam. — Tankerville catalogue nr. 1718 ejus varietatem dicit: „var. notabilis, latissima, apertura expansa."

Legit H. Cuming in America centrali (Guacomayo).

Proceedings. 1833. p. 5.

4. Triton rudis *W. J. Broderip.*

Tr. testā ovato-fusiformi, fulva, transversim lineata, longitudinaliter unduloso-nodosa; apertura alba, labro intus denticulato; epidermide fusca, rugosa.

Long. $1\frac{7}{8}$ poll., lat. $1\frac{3}{8}$ poll.

Prope accedit ad genus buccinum L.

Legit H. Cuming ad Peruviam (Iquiqui).

Proceedings. 1833. p. 6.

5. Triton lineatus *W. J. Broderip.*

Tr. testā subfusiformi, undulato-nodulosa, subcancellata, pallide flava, lineis transversis crenulatis, fusco-castaneis, frequentibus vittata; anfractibus subventricosis, varicibus crassis; aperturae ovatae margine albo, denticulato, fauce atro-purpurea.

Long. $2\frac{3}{8}$ poll., lat. $1\frac{1}{4}$ poll.

Juveni testae rudera paguri Fabr. inerant.

Legit H. Cuming ad insulas Gallapagos.

Proceedings. 1833. p. 6.

6. Triton gibbosus *W. J. Broderip.*

Tr. testā subfusiformi, subfulva vel subfusca, subnodulosa, transversim creberrime lineata; anfractibus subtrigonis;

apertura subrotunda, alba, labri expansi radiati margine interno dentato.

Long. $1\frac{1}{2}$ poll., lat. $\frac{11}{12}$ poll.

Similis tr. lineato Brod.

Legit H. Cuming ad Panamam et ad montem Christi.

Proceedings. 1833. p. 7.

7. Triton scalariformis *W. J. Broderip.*

Tr. testā fusiformi, sordide alba, subcancellata, lineis transversis elevatis, crassiusculis, crenulatis, crebris vittata; labri limbo subfimbriato; canali brevi, subrecurva.

Long. $\frac{7}{8}$ poll., lat. $\frac{3}{8}$ poll.

Accedit ad ranellam Lam.

Legit H. Cuming in sinu Montijano.

Proceedings. 1833. p. 7.

8. Triton convolutus *W. J. Broderip.*

Tr. testā fusiformi, spira elongata, albida, lineis elevatis, subacutis, creberrimis vittata; labri margine crenulato.

Long. $1\frac{1}{8}$ poll., lat. $\frac{1}{2}$ poll.

Similis tr. scalariformi Brod.

E collectione Sowerby. — Patria desideratur.

Proceedings. 1833. p. 7.

9. Triton clathratus *G. B. Sowerby.*

Tr. testā oblonga, turrita, crassa, albida, fusco-maculata; anfractibus octo, decussatim sulcatis, granosis; sutura crenulata; varicibus irregularibus, crassis, transversim sulcatis, longitudinaliter striatis; apertura subovata, margine interna labii externi denticulata, labio columellari granuloso.

Long. 1·2 poll., lat. 0·6 poll.

Legit H. Cuming ad insulam Annaa.

Proceedings. 1833. p. 71.

10. Triton nitidulus *G. B. Sowerby.*

Tr. testā turrita, crassiuscula, polita, fuscescente, maculis saturatioribus variis picta; anfractibus decem, inferiori-

bus laevibus, superioribus longitudinaliter granoso-striatis; labio columellari laevissimo; varicibus albicantibus.

Long. 1·5 poll., lat. 0·5 poll.

Legit H. Cuming ad insulam Annaa.

Proceedings. 1833. p. 71.

11. Triton distortus *G. B. Sowerby.*

Tr. testā oblongo-turrita, crassiuscula, roseo-albicante, fusco-maculata et nebulosa; anfractibus undecim, irregulariter tortuosis, seriatim graniferis, infra suturam crenulatis; varicibus secundis, laevibus, antice granulosis; labio columellari antice expanso, granuloso; margine interna labii externi denticulata.

Long. 1·6 poll., lat. 0·6 poll.

Legit H. Cuming ad insulam Annaa.

Proceedings. 1833. p. 71.

12. Triton reticulatus *G. B. Sowerby.*

Tr. testā turrita, acuminata, fuscescente, maculis nebulisque saturatioribus picta; anfractibus decem, reticulatis, sutura impressa; varicibus reticulatis; magine interna labii externi dentata; labio columellari antice rugoso.

Long. 1·3 poll., lat. 0·4 poll.

Legit H. Cuming sub lapidibus ad insulas Gallapagos.

Proceedings. 1833. p. 71.

13. Triton mediterraneus *G. B. Sowerby.*

Tr. testā turrita, acuminata, fuscescente, maculis nebulisque saturatioribus, nonnunquam strigisque picta; anfractibus novem, reticulatis, sutura distincta; varicibus elevatis, latere dorsali profunde impresso, lineis transversis elevatis; margine interna labii externi dentata; labio columellari antice ruguloso.

Long. 1· poll., lat. 0·35 poll.

Similis tr. reticulato Sow.

Hab. ad oras Siciliae.

Proceedings. 1833. p. 71.

14. Triton Ceylonensis *G. B. Sowerby.*

Tr. testā turrita, gracili, pallescente, fusco-maculata

et variegata; anfractibus undecim, anticis octo reticulatis, sutura subinconspicua; varicibus depressis; apertura oblonga, margine labii externi interna denticulata, peritremate reflexo, antice dilatato; labio externo expanso.

Long. 1·65 poll., lat. 0·55 poll.

Legit H. Cuming ad insulam Ceylon.

Proceedings. 1833. p. 71.

15. Triton lineatus *G. B. Sowerby.*

Tr. testā turrita, crassa, pallescente, fulvo-variegata; anfractibus novem, obsolete transversim sulcatis, sulcis brunneis, interstitiis granulosis; varicibus obtusis; apertura oblonga, labio externo intus sulcato; labio interno antice reflexo, incrassato; columella rugulosa.

Long. 2·6 poll., lat. 1· poll.

Novum huic speciei nomen substituendum est, cum Broderip hocce (proc. 1833. p. 6.) jam praeoccupaverit, cf. nr. 5.

Patria desideratur.

Illae septem species jamjam relatae proxime ad tr. maculosum Lam. accedunt. forte non deerunt qui eas pro hujus varietatibus habeant.

Proceedings. 1833. p. 72.

16. Triton decollatus *G. B. Sowerby.*

Tr. testā oblongo-subturrita, pallescente, fusco-variegata; apice retuso; anfractibus quinque, primis duobus reticulatis, reliquis ventricosis, transversim sulcatis, sulcis brunneis, interstitiis planiusculis; suturis distinctis; varice unico; apertura ovata, peritremate crenato; labio interno antice reflexo, incrassato.

Long. 1· poll., lat. 0·4 poll.

Legit H. Cuming ad insulam Annaa.

Proceedings. 1833. p. 72.

41. TURBINELLA Lam. (turbinellus Montf.; turbinella, cynodona et polygona Schum.)

1. Turbinella tuberculata *W. J. Broderip.*

T. testā fusiformi-turrita, transversim tuberculato-costata et interstitialiter striata; anfractibus angulatis, angulis noduliferis; albida, costis nodulisque nigro-castaneis; apertura alba; columella tri- v. quadri-plicata.

Long. $1\frac{5}{8}$ poll., lat. 1 poll.

Accedit ad pleurotomata Lam. canali brevi.

Legit H. Cuming sub lapidibus ad insulas Gallapagos.

Proceedings. 1833. p. 7.

2. Turbinella armata *W. J. Broderip.*

T. testā fusiformi, transversim striata, tuberculis spinisque fortibus muricata, griseo-castaneoque-fasciata et maculata; apertura alba; columella sex- v. septem-plicata; labro sinuato, intus striato et dentato, dentibus castaneis.

Long. $2\frac{3}{4}$ poll., lat. $1\frac{3}{4}$ poll.

Legit H. Cuming ad insulam Elizabethae.

Proceedings. 1833. p. 7.

3. Turbinella caestus *W. J. Broderip.*

T. testā subrhomboidea, crassissima, ponderosissima, alba, anfractu basali longitudinaliter subplicato, angulato et transversim sulcato, angulo tuberculis conico-acutis maximis armato, sulcis maximis; cingulis basalibus tuberculatis, penultimo maximo; columella quadriplicata; labro sinuato; epidermide crassa, longitudinaliter striata; umbilico magno.

Long. $3\frac{7}{8}$ poll., lat. $3\frac{1}{8}$ poll.

Similis t. pugillari Lam.

Legit H. Cuming ad Caraccas.

Proceedings. 1833. p. 8.

42. FASCIOLARIA Lam. (fasciolaria et fulgur Montf.)

1. Fasciolaria granosa *W. J. Broderip.*

F. testā fusiformi, tuberculifera, luteo-albida, transver-

sim striata; anfractibus suturam versus subangulatis, duobus ultimis praecipue tuberculiferis, tuberculis magnis, distantibus; columella lutea triplicata; apertura transversim striata, albida, marginem versus sublutea; labro denticulato; epidermide fusca, granosa.

Long. $4\frac{1}{8}$ poll., lat. $1\frac{7}{8}$ poll.

Primo intuitu pyrulae vespertilioni Lam. similis videtur.

Legit H. Cuming ad Panamam.

Proceedings. 1832. p. 32.

43. PYRULA Lam. (melongena, pyrula et rapana Schum.)

1. Pyrula fulva *G. P. Deshayes.*

P. testā ovata, utrinque attenuata, rufa; anfractibus convexis, superioribus longitudinaliter costatis et transversim sulcatis, ultimo ventricoso, superne laevigatissimo, basi regulariter striato; columella incrassata, basi perforata; apertura ovata, crocea.

(Long.?) 95 millim.

Forsan varietas non tuberculata p. vespertilionis Lam.

Legit Ch. Bélanger in freto Sundaico.

Bélanger voyage, zoologie. p. 422. et pl. II. fig. 5.

44. FUSUS Lam. (fusus et lathyrus Mont.; fusus, pugilina et muricis pars β Schum.)

1. Fusus fenestratus *W. Turton.*

F. testā oblongo-fusiformi, alba; costis numerosis, longitudinalibus, striis transversis reticulatis; anfractibus octo, tumidis; cauda producta, sinistrorsum curva; apice papillari; fauce alba, laevigata.

Long. $1\frac{1}{4}$ pol., lat. $\frac{5}{8}$ poll.

Formā externa similis f. corneo . .

Hab. ad Cork Britanniae.

Loudon, magazine of nat. hist. art. VIII. p. 351.

2. Fusus Turtoni *W. Bean.*

F. testā fusiformi, lineis transversis, confertis, parum

prominentibus; striis incrementi longitudinalibus decussatis; anfractibus novem convexiusculis; apertura ovata, spirae longitudinem subaequante; canali brevi, lato; labio dilatato, laevi; labro crasso; alba, intus pallide violacea; epidermide brunnea. — *Th. M.*

Long. $4\frac{1}{2}$ poll., lat. supra 2 poll.

E collectione W. Bean. — Repertus inter saburram navis: patria non indicata.

Loudon, magazine of nat. hist. art. VI. p. 493. et icon lign. adpos.

3. Fusus pagoda ***R. P. Lesson.***

F. testā fusiformi, angusta, transversim striata, rufescente, apice grisea; ventre parvulo; anfractibus convexis, medio carina (una serie) calcarata coronatis; cauda gracili, longa, leviter incurvata; labro violaceo, margine angulosa, parva; spira laevi, nuda.

Alt. 20 lin., diam. 7 lin.

E collectione ducis de Rivoli. — Patria incognita.

Lesson, illustrations de zool. XIV. (nr. XL. et) pl. XL.

45. PLEUROTOMA Lam.

1. Pleurotoma maura ***G. B. Sowerby.***

Pl. testā turrita, acuminata, fusco-nigricante; anfractibus duodecim, medio tuberculatis, infra punctato-striatis, superne depressione sinum labii sequente; canali recurva.

Long. 1·9 poll., lat. 0·55 poll.; long. aperturae 0·8 poll.

Legit H. Cuming ad insulam Platam Columbiae occidentalis.

Proceedings. 1833. p. 134.

2. Pleurotoma unimaculata ***G. B. Sowerby.***

Pl. testā turrita, acuminata, alba, anfractus ultimi dorso fusco-unimaculata; anfractibus tredecim, medio tuberculatis, tuberculis elongatis, ultimi tuberculis in costellam inferam confluentibus; apertura brevi, labio externo expanso, sinu superiore profundo, inferiore obsoletiore; labio interno superne callum tuberculiformem efformante.

Long. 0·4 poll., lat. 0·5 poll.; long. aperturae 0·6 poll.

Legit H. Cuming ad oras Americae centralis et occidentalis (Monte Christe, Guacomayo and Salango).

Proceedings. 1833. p. 134.

3. Pleurotoma rosea *G. B. Sowerby.*

Pl. testā turrita, acuminata, albida, antice roseo-tincta; anfractibus undecim, superne connatis, medio tuberculiferis, tuberculis ovatis, anfractûs ultimi in costellas desinentibus; apertura brevi, labio externo expanso, sinu superiore profundo, inferiore obsoletiore; canali brevi, reflexa.

Long. 1·15 poll., lat. 0·5 poll.

Formā similis pl. unimaculatae Sow.

Legit H. Cuming ad Salango et ad montem Christi.

Proceedings. 1833. p. 134.

4. Pleurotoma clavulus *G. B. Sowerby.*

Pl. testā subulata, laevi, alba, fusco-variegata, infra incrassata; anfractibus novem, suturis connatis, ultimo crasso; apertura ovali, labio externo incrassato, reflexo, emarginatura subcirculari postica; epidermide tenui.

Long. 0·9 poll., lat. 0·35 poll.

Legit H. Cuming in sinu Montijae Americae centralis.

Proceedings. 1833. p. 134.

5. Pleurotoma rudis *G. B. Sowerby.*

Pl. testā turrita, crassa, rudi, fusca; anfractibus decem, medio coarctatis, supra infraque tuberculatis, tuberculis inferioribus superne albo-maculatis; anfractu ultimo subdistorto, pone aperturam tuberculo magno; apertura ovali, labio externo tenui, sinuoso.

Long. 1·3 poll., lat. 0·55 poll.

Legit H. Cuming sub lapidibus ad montem Christi Columbiae occidentalis.

Proceedings. 1833. p. 134.

6. Pleurotoma oxytropis *G. B. Sowerby.*

Pl. testā turrito-subulata, brunnescente; anfractibus decem, spiraliter carinatis, carina mediana albicante, conspi-

cua, interstitiis decussatis; apertura oblonga, canali recta, elongata, emarginatura laterali in carinam medianam decurrente.

Long. 1·8 poll., lat. 0·5 poll.

Legit H. Cuming ad Panamam et ad Portam Portreram.

Proceedings. 1833. p. 135.

7. Pleurotoma maculosa *G. B. Sowerby.*

Pl. testā oblongo-fusiformi, turrita, albido-caerulescente, fusco-maculosa; anfractibus undecim, laevigatis, medio tuberculiferis, tuberculis uniserialibus; apertura oblonga, emarginatura laterali posticali (seu supra tubercula efformata); canali brevi; columella rectiuscula.

Long. 2·2 poll., lat. 0·6 poll. — Apertura fere $\frac{2}{5}$ longitudinis est.

Legit H. Cuming ad montem Christi Columbiae occidentalis.

Proceedings. 1833. p. 135.

8. Pleurotoma albicostata *G. B. Sowerby.*

Pl. testā acuminato-pyramidali, rosea; anfractibus novem, laevibus, longitudinaliter, costatis, costis confertis albis; apertura brevi, emarginatura posticali; canali brevissima.

Long. 0·9 poll., lat. 0·3 poll.

Legit H. Cuming ad insulas Gallapagos.

Proceedings. 1833. p. 135.

9. Pleurotoma clavata *G. B. Sowerby.*

Pl. testā acuminato-pyramidali, roseo-albicante; anfractibus decem, laevibus, longitudinaliter subobsolete tuberculato-costatis; apertura brevi, latiuscula; emarginatura posticali.

Long. 1· poll., lat. 0·3 poll.

Legit H. Cuming ad Xipixapi Columbiae occidentalis.

Proceedings. 1833. p. 135.

10. Pleurotoma bicolor *G. B. Sowerby.*

Pl. testā oblonga, pyramidali, fusca, albicanti-cingulata;

anfractibus sex v. septem, longitudinaliter costatis, spiraliter sulcatis, costis postice tuberculiferis; apertura brevi, margine crenata, emarginatura posticali; canali brevissima.

Long. 0·85 poll., lat. 0·3 poll.

Legit H. Cuming ad Panamam et ad insulas Gallapagos.

Proceedings. 1833. p. 135.

11. Pleurotoma splendidula *G. B. Sowerby.*

Pl. testā elongato-pyramidali, roseo-fuscescente; anfractibus undecim, laevigatis, costis longitudinalibus obliquis, medio prominulis, subconfertis, albis, anfractus ultimi dorso fusco, planulato; apertura brevi, canali brevissima; emarginatura posticali.

Long. 1·2 poll., lat. 0·35 poll.

Legit H. Cuming ad insulas Gallapagos.

Proceedings. 1833. p. 135.

12. Pleurotoma olivacea *G. B. Sowerby.*

Pl. testā fusiformi, olivacea, unicolore; spira acuminato-pyramidali; anfractibus novem, superne laevibus, infra tuberculosis et spiraliter striatis, ultimo antice striato; apertura oblonga, antice canalem efformante; labio externo tenui, intus striato; emarginatura labii externi posticali; suturis connatis.

Long. 2·4 poll., lat. 0·8 poll.

Legit H. Cuming ad Salango et ad St. Elenam Columbiae occidentalis.

Proceedings. 1833. p. 136.

13. Pleurotoma cincta *G. B. Sowerby.*

Pl. testā crassa, oblonga, nigra; anfractibus novem, superne lamella spirali, infra cingulo flavo mediano crenato, ultimo cingulis duobus flavis, superiore crenato, lineisque tribus elevatis crenatis; apertura brevi; canali brevissima.

Long. 0·7 poll., lat. 0·3 poll.

Legit H. Cuming ad montem Christi et ad Xipixapi.

Proceedings. 1833. p. 136.

14. Pleurotoma bicanalifera *G. B. Sowerby.*

Pl. testā turrita, gracili, tenui; anfractibus novem, longitudinaliter costellatis, costellis graniferis; apertura oblonga, utrinque canalifera, labio externo late reflexo.

Long. 0·8 poll., lat. 0·3 poll.

Legit H. Cuming ad oras Americae centralis.

Proceedings. 1833. p. 136.

15. Pleurotoma cornuta *G. B. Sowerby.*

Pl. testā oblongo-pyramidali, apice acuto; anfractibus sex v. septem, superne crenatis, infra longitudinaliter costatis, transversim concinne striatis; apertura oblonga, canali brevi; peritremate postice incrassato, in cornu breve producto.

Long. 0·7 poll., lat. 0·3 poll.

Legit H. Cuming ad sinum Caraccas Columbiae occidentalis.

Proceedings. 1833. p. 136.

16. Pleurotoma rugifera *G. B. Sowerby.*

Pl. testā oblongo-pyramidali, apice acuto; anfractibus octo v. novem, superne crenatis, mediane longitudinaliter costellatis, ultimi dorso rugifero; apertura brevi; labio externo incrassato; emarginatura posticali profunda.

Long. 0·7 poll., lat. 0·2 poll.

Variat colore.

Legit H. Cuming ad insulas Gallapagos.

Proceedings. 1833. p. 136.

17. Pleurotoma modesta *G. B. Sowerby.*

Pl. testā ovato-subcylindracea, fulva, apice subulato-pyramidali; anfractibus sex v. septem, transversim carinulatis, carinulis crenatis; apertura canalique brevibus, emarginatura laterali, pone medium labii posita.

Long. 0·7 poll., lat. 0·25 poll.

Legit H. Cuming ad Real Llejos et ad insulam Annaa.

Proceedings. 1833. p. 136.

18. Pleurotoma discors *G. B. Sowerby.*

Pl. testā turrita, fusca; anfractibus decem v. undecim, superne prope suturam unicarinatis. infra nodulosis, mediane laevibus; ultimo antice transversim lineato; varice ante aperturam conspicuo; apertura brevi, ovata, emarginatura profunda ante carinam anfractuum.

Long. 1· poll., lat. 0·35 poll.

Legit H. Cuming ad insulam Platam Columbiae occidentalis.

Proceedings. 1833. p. 137.

19. Pleurotoma pallida *G. B. Sowerby.*

Pl. testā turrita, albicante; anfractibus undecim, subrotundatis, creberrime costellatis, sulcato-decussatis, superne serie unica punctulorum impressorum ante costellas posita; apertura brevissima, emarginatura profunda, posticali.

Long. 0·85 poll., lat. 0·3 poll.

Legit H. Cuming ad Portam Portreram Americae centralis.

Proceedings. 1833. p. 137.

20. Pleurotoma aterrima *G. B. Sowerby.*

Pl. testā acuminato-pyramidali, aterrima; anfractibus octo, superne unicarinatis, infra crenulatis, ultimo serie unica mediana tuberculorum, infra striis graniferis duabus; apertura intus nigra, emarginatura laterali inter carinam superiorem et seriem tuberculorum anfractus; canali brevissima.

Long. 0·8 poll., lat. 0·35 poll.

Legit H. Cuming ad montem Christi Americae occidentalis.

Proceedings. 1833. p. 137.

21. Pleurotoma nigerrima *G. B. Sowerby.*

Pl. testā acuminato-pyramidali, nigerrima; anfractibus octo, superne planulatis, prope suturam crenatis, infra costis longitudinalibus ornatis, ultimi costis decurrentibus; apertura nigra, superne callositate munita; canali longiuscula, subreflexa.

Long. 0·8 poll., lat. 0·35 poll.

Legit H. Cuming ad Panamam.

Proceedings 1833. p. 137.

22. Pleurotoma adusta *G. B. Sowerby.*

Pl. testā acuminato-pyramidali, fusca; anfractibus decem superne planulatis, mediane tuberculiferis, tuberculis longitudinaliter subcompressis, ultimo infra granoso-striato; apertura brevi, sinu posticali; canali brevissima.

Long. 0·7 poll., lat. 0·3 poll.

Legit H. Cuming sub lapidibus ad montem Christi Columbiae occidentalis.

Proceedings. 1833. p. 137.

23. Pleurotoma turricula *G. B. Sowerby.*

Pl. testā acuminato-pyramidali, fusca; anfractibus decem, superne serie unica tuberculorum, infra longitudinaliter costatis, costis decussatis, ultimi costis decurrentibus, superne tuberculiferis; apertura latiuscula, intus purpureo-nigricante; canali brevi, lata; sinu laterali inter seriem tuberculorum et costas constructo.

Long. 1·7 poll., lat. 0·7 poll.

Legit H. Cuming ad St. Elenam Columbiae occidentalis.

Proceedings. 1833. p. 137.

24. Pleurotoma corrugata *G. B. Sowerby.*

Pl. testā acuminato-pyramidali, fusca; anfractibus decem, superne prope suturam granoso-unicarinatis, infra longitudinaliter costatis, costis decussatis, ultimi costis decurrentibus; apertura brevi, sinu laterali superiore; canali brevi, lata.

Long. 1·1 poll., lat. 0·4 poll.

Legit H. Cuming ad sinum Montijae et ad Portam Portreram.

Proceedings. 1833. p. 137.

25. Pleurotoma interrupta *G. B. Sowerby.*

Pl. testā oblongo-pyramidali, pallescente; anfractibus octo, spiraliter sulcatis, cingulatis, cingulo mediano nigro,

albo-articulato; apertura canalique brevibus, sinu laterali postico.

Long. 1·6 poll., lat. 0·2 poll.

Legit H. Cuming ad insulam Annaa.

Proceedings. 1833. p. 138.

26. Pleurotoma excentrica *G. B. Sowerby.*

Pl. testā oblongo-pyramidali, brunnea; anfractibus sex, duobus anticis excentricis, superne prope suturam unicarinatis, carina undulata, infra spiraliter sulcatis et longitudinaliter costatis; apertura brevi, subtrigona, peritremate distincto, labii externi margine undulato; sinu laterali postico.

Long. 1·2 poll., lat. 0·5 poll.

Legit H. Cuming ad insulas Gallapagos.

Proceedings. 1833. p. 138.

27. Pleurotoma incrassata *G. B. Sowerby.*

Pl. testā crassa, acuminato-pyramidali, nigricante; anfractibus novem v. decem, superne prope suturam obsolete unicarinatis, carina interrupta, infra longitudinaliter costellatis, costellis granosis, lineis elevatiusculis spiralibus decussatis; apertura brevi, sinu laterali postico; canali brevi, obtusa.

Long. 2·3 poll., lat. 0·8 poll.

Legit H. Cuming ad Panamam et ad montem Christi.

Proceedings. 1833. p. 138.

28. Pleurotoma duplicata *G. B. Sowerby.*

Pl. testā acuminato-turrita, gracili, pallida, epidermide cornea, fusca; anfractibus undecim v. duodecim, superne prope suturam linea elevata unica, in medio tuberculato-costatis, lineis duabus elevatis, binis decussatis; ultimo infra inconcinne striato; apertura brevi, sinu laterali postico; canali brevi.

Long. 1·6 poll., lat. 0·6 poll.

Legit H. Cuming ad Portam Portreram et in sinu Montijae Americae centralis.

Proceedings. 1833. p. 138.

29. Pleurotoma unicolor *G. B. Sowerby.*

Pl. testā crassiuscula, oblongo-pyramidali, nigra; anfractibus octo, laevibus, superne prope suturam serie granulorum unica, infra longitudinaliter costatis; apertura brevi; canali brevissima; sinu laterali postico infra seriem granulorum.

Long. 0·85 poll., lat. 0·3 poll.

Legit H. Cuming ad Panamam.

Proceedings. 1833. p. 138.

30. Pleurotoma rustica *G. B. Sowerby.*

Pl. testā rudi, crassiuscula, oblongo-pyramidali, fusco-nigricante; anfractibus septem, superne prope suturam unicarinatis, infra longitudinaliter costatis, costis numerosis acutis, ultimi costis lineato-decussatis, decurrentibus; apertura brevi; canali brevissima; sinu laterali postico, rotundato.

Long. 1·1 poll., lat. 0·4 poll.

Legit H. Cuming sub lapidibus ad Xipixapi Columbiae occidentalis.

Proceedings. 1833. p. 138.

31. Pleurotoma granulosa *G. B. Sowerby.*

Pl. testā turrito-pyramidali, brunnescente; anfractibus novem v. decem, superne prope suturam laevibus, tumidiusculis, infra rotundato-costatis, costis lineato-decussatis, lineis decussantibus minutissime granulosis; apertura brevi; canali brevi, lata; sinu laterali postico, rotundato.

Long. 0·75 poll., lat. 0·25 poll.

Legit H. Cuming ad sinum Montijae et ad Panamam.

Proceedings. 1833. p. 139.

32. Pleurotoma variculosa *G. B. Sowerby.*

Pl. testā gracili, turrito-pyramidali, fuscescente; anfractibus septem v. octo, rotundatis, superne prope suturam laevibus, infra longitudinaliter costatis, costis decussatis, granosis; apertura brevi, ovali, basi coarctata; canali breviuscula; labio externo tenui, varicula externe instructo.

Long. 0·6 poll., lat. 0·2 poll.

Legit H. Cuming ad sinum Montijae Americae centralis.

Proceedings. 1833. p. 139.

33. Pleurotoma nitida *G. B. Sowerby.*

Pl. testā gracili, turrito-pyramidali, brunnea; anfractibus septem v. octo, rotundatis laevibus, nitidis, longitudinaliter concinne costellatis et striatis; apertura canalique brevibus; sutura crenulata; sinu laterali postico, mediocri.

Long. 0·6 poll., lat. 0·15 poll.

Legit H. Cuming ad sinum Montijae Americae centralis.

Proceedings. 1833. p. 139.

34. Pleurotoma collaris *G. B. Sowerby.*

Pl. testā acuminato-pyramidali, atra; anfractibus octo, superne prope suturam obsolete unicarinatis, infra serie unica granulorum, cingulum efformante albidum, ultimo infra granulifero, granulis seriatim ordinatis, serie tertia albicante; apertura brevi, canali brevissima, lata.

Long. 0·5 poll., lat. 0·2 poll.

Legit H. Cuming ad sinum Caraccensem Columbiae occidentalis.

Proceedings. 1833. p. 139.

35. Pleurotoma hexagona *G. B. Sowerby.*

Pl. testa gracili, acuminato-pyramidali, olivaceo-fusca; anfractibus decem, hexagonis, laevibus, tuberculosis, tuberculis per series sex oblique ordinatis; anfractu ultimo majori, infra spiraliter striato; apertura canalique brevibus; sinu laterali postico, mediocri.

Long. 0·95 poll., lat 0·35 poll.

Legit H. Cuming ad Guacomayo Americae centralis.

Proceedings. 1833. p. 139.

36. Pleurotoma formicária *G. B. Sowerby.*

Pl. testa oblongo-acuminata, subcylindracea, brunnea; anfractibus quinque v. sex, laevibus, costatis, costis majoribus, distinctis; apertura longitudinali, ovata; canali brevissima, lata; sinu laterali posticali, parvo.

Long. 0·4 poll., lat. 0·1 poll.

Legit H. Cuming sub lapidibus ad Iquiqui Peruviae.

Proceedings. 1833. p. 139.

37. Pleurotoma Indica *G. P. Deshayes.*

Pl. testā elongato-turrita, utraque extremitate adtenuata, transversim sulcata, striis exilibus inter sulcos; anfractibus convexis, in medio subcarinatis; apertura oblonga, labro superius profunde fisso; columella basi perforata; colore externo rufo, fasciis albis interrupto.

Long. 80 millim.

Legit Ch. Bélanger in mari Indico ad insulam Ceylani.

Bélanger voyage, zoologie. p. 421. et pl. II. fig. 9. 10.

38. Pleurotoma Trevellianum *W. Turton.*

Pl. testā ovato-fusiformi; anfractibus sex v. septem, striis numerosissimis, apice deplanatis.

Mensura desideratur.

Simillimum murici turriculae Mont., a qua praeter labrum sinu emarginatum differt formā magis inflata et striis duplo frequentioribus.

Legit W. Bean frequens ad Scarborough in Britannia.

Loudon, magazine of nat. hist. art. VIII. p. 351.

FAM. VIII. CONEA Mke.

46. CONUS Linn. (conus et utriculus Schum.)

1. Conus tiaratus *W. J. Broderip.*

C. testā rhomboidea, castanea, monilibus castaneo-albis tessellatis et basin versus pallide bifasciata; spira subproducta coronata.

Long. $1\frac{1}{4}$ poll., lat. $\frac{3}{4}$ poll.

Variat magnitudine et colore plus minus saturato. Interior testa colore respondet exteriori.

Legit H. Cuming ad insulas Gallapagos.

Proceedings. 1833. p. 52.

2. Conus tornatus *W. J. Broderip.*

C. testā rhomboideo-producta, sulcata, sulcis promi-

nentibus, scabris, alba castaneo-maculata et punctata; spira conica, producta, carinata; epidermide subfusca, tenui.

Long. $1\frac{1}{8}$ poll., lat. $\frac{1}{2}$ poll.

Legit H. Cuming in America meridionali (Xipixapi).

Proceedings. 1833. p. 53.

3. Conus nivifer *W. J. Broderip.*

C. testā conica, subfusca maculis niveis frequentissime sparsa et fasciis tribus castaneis (ultima maxima) cincta; spira planiuscula, apice acuto; basi castanea.

Var. α: fasciis subobsoletis.

Var. β: sine fasciis. — Varietas forsan c. nivosi Lam.

Long. 1 poll., lat. $\frac{5}{8}$ poll.

Legit H. Cuming ad insulas Capo de Verde.

Proceedings. 1833. p. 53.

4. Conus nanus *W. J. Broderip.*

C. testā conica, sursum alba, deorsum livida; spira coronata, apice acuto; basi et fauce purpurascentibus.

Long. $\frac{7}{8}$ poll., lat. $\frac{1}{2}$ poll.

Legit H. Cuming in Oceano Pacifico (Lord Hood's Island).

Proceedings. 1833. p. 53.

5. Conus luteus *W. J. Broderip.*

C. testā rhomboideo-producta, lutea, monilibus castaneis exilibus cincta et maculis nigro-castaneis albo-limbatis in spira et in anfractu basali medio tessellata.

Long. $1\frac{1}{2}$ poll., lat. $\frac{5}{8}$ poll.

Legit H. Cuming in Oceano Pacifico (Annaa).

Proceedings. 1833. p. 53.

6. Conus concinnus *W. J. Broderip.*

C. testā subpyriformi, polita, basi transversim sulcata, albo-luteoque quasi geographice picta; spirae subrotundatae suturis subcrenulatis, apice acuto, roseo.

Long. $\frac{4}{5}$ poll., lat. $\frac{2}{5}$ poll.

Legit H. Cuming in sinu Californiae.

Proceedings. 1833. p. 53.

7. Conus recurvus *W. J. Broderip.*

C. testā elongato-conica, subrecurva, alba, rubro-castaneo nebulosa et vittatim punctata; spira prominente, acuta, albo castaneoque maculata; epidermide tenuissima.

Long. 2 poll., lat. $\frac{7}{8}$ poll.

Aliquatenus similis c. amadis Chemn.

Legit H. Cuming in America meridionali (Monte Christi).

Proceedings. 1833. p. 54.

8. Conus nux *W. J. Broderip.*

C. testā brevi, conica, obesa, alba brunneo-nebulosa; spira subcoronata; basi granulosa, acuta, violacea.

Long. 1 poll., lat. $\frac{7}{12}$ poll.

Similis c. sponsali Chemn., et forsan ejus varietas.

Legit H. Cuming ad insulas Gallapagos.

Proceedings. 1833. p. 54.

9. Conus monilifer *G. B. Sowerby.*

C. testā subfusiformi, transversim striata, albicante, castaneo-variegata, punctis castaneis seriatim ordinatis; spira acuminata, albo castaneoque varia; apice acuto.

Long. 2 poll., lat. $\frac{11}{12}$ poll.

Legit H. Cuming in America meridionali (Salango).

Proceedings. 1833. p. 54.

10. Conus archon *W. J. Broderip.*

C. testā conica, alba maculis flavo-castaneis geographice distributis varia.

Long. $2\frac{1}{8}$ poll., lat. $1\frac{1}{8}$ poll.

Similis varietati cuidam c. cedonulli Brug.

Legit H. Cuming in America centrali (Bay of Montija).

Proceedings. 1833. p. 54.

11. Conus musivum *W. J. Broderip.*

C. testā rhomboidea, transversim striata, pallide rosea, albo-tessellata, maculis strigisque castaneis picta.

Long. $1\frac{5}{8}$ poll., lat. $\frac{3}{4}$ poll.

Similis quadam ratione c. textili L.

Legit H. Cuming ad insulas Philippinas.
Proceedings. 1833. p. 54.

12. Conus purpurascens *W. J. Broderip.*

C. testā conoïdea, subgranulosa, purpurascente, monilibus frequentibus fusco-albis ornata et maculis fuscis nubila; labri limbo interno violaceo; epidermide fusca, moniliformi.

Long. $2\frac{1}{4}$ poll., lat. $1\frac{1}{2}$ poll.

Variat colore et pictura. quaedam variationes figuras phantasticas exhibent uti c. augur Brug.

Legit H. Cuming ad Panamam.
Proceedings. 1833. p. 54.

13. Conus gladiator *W. J. Broderip.*

C. testā conica, brunnea; albo obscure longitudinaliter strigata, balteo subcentrali subobsoleto albente; spira subcoronata, granuloso-striata, brunnea, albo-maculata; epidermide crassa, longitudinaliter rugosa, hinc et hinc subtomentosa.

Long. $1\frac{7}{8}$ poll., lat. 1 poll.
Legit H. Cuming ad Panamam.
Proceedings. 1833. p. 55.

14. Conus Orion *W. J. Broderip.*

C. testā conica, castanea, albo sparsim maculata, balteo albo superne interdum castaneo-tessellato cincta; spira mediocri albo castaneoque maculata.

Var. vittā alba moniliformi inter spiram et balteum.

Long. $1\frac{1}{2}$ poll., lat. $\frac{7}{8}$ poll.
Legit H. Cuming in America centrali (Real Llejos).
Proceedings. 1833. p. 55.

a. Coni geographi Linn.

Var. nana, rosea. *(W. J. Brod.)*
Long. 2 poll., lat. $\frac{7}{8}$ poll.
Legit H. Cuming in Oceano Pacifico (Annaa).
Proceedings. 1833. p. 55.

b. Coni principis..

Var. α: testā conica, crocea vel flava, lineis castaneis frequentibus longitudinalibus tenuibus inscripta. *(W. J. Brod.)*

Long. $2\frac{1}{8}$ poll., lat. $1\frac{3}{8}$ poll.

Epidermis laevis et tenuis.

Legit H. Cuming ad St. Elenam.

Var. β: long. $2\frac{3}{8}$ poll., lat. $1\frac{1}{2}$ poll. *(W. J. Brod.)*

Epidermis magis crassa et cristata, uti c. principis.. Testa magis ponderosa quam α.

Legit H. Cuming ad Panamam.

Var. γ: tota crocea. *(W. J. Brod.)*

Long. $2\frac{3}{8}$ poll., lat. $1\frac{1}{4}$ poll.

Legit H. Cuming ad montem Christi.

Proceedings. 1833. p. 55.

15. Conus Algoënsis *G. B. Sowerby.*

C. testā tenuiuscula, subcylindracea, laevi, fusca, fascia unica vel fasciis duabus interruptis albis; spira brevi, subrotundata, albo fuscoque articulata.

Long. 1·15 poll, lat. 0·55 poll.

Hab. in sinu Algoa Africae meridionalis.

Proceedings. 1834. p. 18.

c. Coni aulici Linn.

Var. rosea. testā, forma et statura c. aulico L. omnino simillima, maculis irregulariter subtrigonis, roseis. *(G. B. Sow.)*

Legit H. Cuming ad insulam Annaa.

Proceedings. 1834. p. 18.

d. Coni nussatellae Linn.

Var. tenuis. testā tenui, alba, flavicanti-nebulata, punctulis fuscis, transverse seriatim dispositis; striis transversis tenuissimis. *(G. B. Sow.)*

Legit H. Cuming ad insulam Annaa.

Proceedings. 1834. p. 18.

e. Coni tendinei Brug.

Var. granulosa. testā, forma et statura omnino c. tendi-

nei Brug., striis transversis confertis granulosis. *(G. B. Sow.)*

Legit H. Cuming ad insulam Annaa.

Proceedings. 1834. p. 18.

f. Coni Luzonici Brug.

Var. testā forma et statura omnino c. Luzonici Brug., fusco-nigricante, fascia interrupta mediana caerulescenti-albida, antice albido-varia. *(G. B. Sow.)*

Legit H. Cuming ad insulas Gallapagos.

Proceedings. 1834. p. 18.

g. Conus brunneus Wood. (suppl. pl. 3. fig. 1.)

C. testā turbinata, crassa, coronata, fusca, maculis albis transverse fasciatim dispositis; spira subprominula, albo fuscoque maculata, spiraliter sulcata, tuberculis magnis; basi lineis elevatis, subgranosis. *(G. B. Sow.)*

Long. 1·8 poll., lat. 1· poll.

Variat testā crassiore, tota fusca, immaculata.

Legit H. Cuming ad insulas Gallapagos, ad Puertam Portreram et ad Panamam.

Proceedings. 1834. p. 18.

16. Conus pulchellus *G. B. Sowerby.*

C. testā oblongo-turbinata, coronata, albicanti-roseo tincta; superne turgidula, infra granoso-lineata; punctulis nonnullis fusco-nigricantibus, sparsis; apertura intus carnea.

Long. 1·5 poll., lat. 0·8 poll.

Hab. ad littora occidentalia Australiae (Freemantle).

Proceedings. 1834. p. 19.

17. Conus diadema *G. B. Sowerby.*

C. testā turbinata, laevi, crassa, coronata, fusca, fascia angusta mediana pallidiore; spira subdepressa, tuberculis magnis, albis; apice mucronato; basi lineis elevatiusculis nonnullis; apertura intus purpureo-albicante.

Long. 1·7 poll., lat. 1· poll.

Legit H. Cuming ad insulas Gallapagos.

Proceedings. 1834. p. 19.

18. Conus ferrugatus *G. B. Sowerby.*

C. testā acuminato-conica, laevi, alba, maculis longitudinalibus punctisque seriatim dispositis, ferrugineis; spira subacuminata, alba, ferrugineo-maculata; basi sulcata.

Long. 1·7 poll., lat. 0·8 poll.

Perquam similis c. monilifero Sow.

Legit H. Cuming ad sinum Californiae et ad insulam Guaymas.

Proceedings. 1834. p. 19.

19. Conus Regalitatis *G. B. Sowerby.*

C. testā turbinata, laevi, crassiuscula, superne ventricosa, spadicea, maculis punctulisque albo-caerulescentibus varia; spira depressiuscula, spiraliter sulcata; basi lineis elevatiusculis paucis, subrugosis.

Long. 2· poll., lat. 1·1 poll.

Nominatum (idque parum concinne) a loco.

Legit H. Cuming ad littora Americae centralis (Real Llejos).

Proceedings. 1834. p. 19.

SUBORD. III. APOMATOSTOMA Mke.

FAM. IX. INVOLUTA Mke.

47. MARGINELLA Lam. (marginellus Montf.; porcellana! Adans.)

1. Marginella cypraeola *G. B. Sowerby.*

M. testā ovali, aspera, purpureo-nigricante; spira brevissima, obtusa; anfractu ultimo superne ventricoso, linea dorsali laevi; labio externo incrassato, involuto, intus denticulato; labio columellari transversim plicato.

Long. $\frac{2}{5}$ poll., lat. $\frac{1}{5}$ poll.

Transitum generis refert ad cypraeam L.

Legit H. Cuming sub lapidibus et in locis arenosis ad littora Acapulcae et St. Elenae.

Proceedings. 1832. p. 57.

2. Marginella frumentum *G. B. Sowerby.*

M. testā ovali, polita, pallescente, lineis undulatis per series tres dispositis picta; spira retusa, apertura longitudine testae; peritremate acuto, laevi; columella infra plicis nonnullis.

Long. $\frac{3}{10}$ poll., lat. $\frac{1}{5}$ (paulo minus) poll.

Legit H. Cuming ad oras Americae meridionalis (St. Elena and Salango).

Proceedings. 1832. p. 57.

3. Marginella curta *G. B. Sowerby.*

M. testā ovata, cinerascenti-fulva; spira brevi; labii externi reflexi margine externa castanea, facie alba; labii interni expansi et incrassati margine castanea; columella quadriplicata, plicis aequalibus.

Long. $\frac{4}{5}$ poll., lat. $\frac{9}{20}$ poll.

Legit H. Cuming ad Iquiqui et ad Paytam.

Proceedings. 1832. p. 105.

a. Marginella Adansoni *L. C. Kiener.*

M. testa ovato-oblonga, subflava, venosa multis lineis fuscis longitudinaliter undulatis; costis prolatis parallelis; spira prominente costulata; labro flavo intus crenulato; columella quadriplicata.

Long. 18 lin., lat. 7 lin.

Similis m. bifasciatae Lam., quacum confuderunt (ut Sowerby in catal. Tankerville).

Adanson voyage au Sénégal p. 52. et pl. IV. fig. 2. hanc speciem descripsit et delineavit (quo nomine?). Lamarck illam Adanson-i speciem ad m. fabam Lam. traxerat.

E collectione Keraudren. — Hab. ad rupes Goreae insulae.

Kiener, coquilles vivantes. gen. marginella. p. 5. et pl. VII. fig. 27.

4. Marginella hematita *L. C. Kiener.*

M. testa minima, nitida, oblonga, sanguinea; spira

prominente obtusa; labro intus crenulato, extus varice maxime conspicuo; columella quadriplicata.

Long. 4 lin., lat. 2 lin.

E collectione Massena. — Hab. in mari Mediterraneo ad litttora Siciliae.

Kiener, coquilles vivantes. gen. marginella. p. 11. et pl. VII. fig. 31.

5. Marginella olivaeformis *L. C. Kiener.*

M. testā ovato-oblonga, carnea; lineis longitudinalibus inaequalibus subalbidisque; vittis tribus transversis; spira brevi conica; labro albo laevi; magine superiore varicis aurantio; columella quadriplicata.

Long. 7 lin., lat. 3 lin.

E collectione Massena. — Hab. ad littora Senegaliae.

Kiener, coquilles vivantes. gen. marginella. p. 12. et pl. VIII. fig. 36.

6. Marginella margarita *L. C. Kiener.*

M. testā parva, ovata, columbelliformi, diaphana, alba; spira brevi conica; labro albo, intus longitudinaliter crenulatissimo, extus varice distinctissimo; columella quadriplicata.

Long. 4 lin., lat. 2 lin.

E collectione Massena. — Hab. in mari Indico.

Kiener, coquilles vivantes. gen. marginella. p. 15. et pl. IX. fig. 42.

7. Marginella granum *L. C. Kiener.*

M. testā parva, ovato-oblonga, columbelliformi, fusco-caerulescente; parvis verrucis transversim longitudinaliterque dispositis; spira brevi conica; labro intus denticulato; columella tota plicata.

Long. 3 lin., lat. 2 lin.

Similis m. Donovani Payr., sed satis differt praesertim granulatione.

E collectione Massena. — Hab. ad rupes St. Helenae.

Kiener, coquilles vivantes. gen. marginella. p. 17. et pl. VIII. fig. 33.

8. Marginella cincta *L. C. Kiener.*

M. testā oblonga, nitescente, alba, zonis duabus fulvis; spira brevi; labro albo, varice aurantio; columella quadriplicata.

Long. 11 lin., lat. 5½ lin.

E collectione Massena. — Patria incognita.

Kiener, coquilles vivantes. gen. marginella. p. 21. et pl. VIII. fig. 32.

9. Marginella maculosa *L. C. Kiener.*

M. testā parva, ovata, diaphana, maculis parvulis albis et subflavis, aliis maculis majoribus per duas fascias transversas dispositis; spira umbilicata; labro laevi; plicis columellae octonis.

Long. 5 lin., lat. 3 lin.

E collectione matronae Dupont. — Patria incognita.

Kiener, coquilles vivantes. gen. marginella. p. 26. et pl. IX. fig. 39. (non „fig. 40“!)

b. Marginella pulchella *L. C. Kiener.*

M. testā parva, ovato-oblonga, albida, lineis undulatis rufulis, maculis oblongis et curvis per tres series transversas interruptas digestis; spira umbilicata; labro intus laevi; columella quadriplicata.

Long. 3 lin., lat. 2 lin.

Catal. de Wood (p?) pl. XIX. fig. 53; perperam pro volvaria monili Lam. habetur.

E collectione Massena. — Patria incognita.

Kiener, coquilles vivantes. gen. marginella. p. 27. et pl. IX. fig. 40. (non „fig. 41“!)

c. Marginella Belangeri *L. C. Kiener.*

M. testā maxima, oblonga, subcylindracea, isabellina; striis longitudinalibus albidis vix conspicuis; spira concava; labro albo intus laevi; apertura rufo-fulva, varice maxima et rufa; columella quadriplicata.

Long. 3 poll. 4 lin., lat. 1 poll. 6 lin.

Auctores plures (sic! — quis?) hanc speciem denomi-

nasse m. bullatam, quod nomen rejicitur. jam dudum enim nomen m. bullata Lam. (voluta bullata Chemn.) speciei sat cognitae tributum esse.

Knorr, P. IV. (p.?) pl. XXVII. fig. 1. (quo nomine?)

E collectione Massena. — Patria incognita.

Kiener, coquilles vivantes. gen. marginella. p. 27. et pl. IX. fig. 43.

10. Marginella Sarda *L. C. Kiener.*

M. testā globulosa, subrubra, zonis tribus transversis; spira umbilicata; labro luteo, intus quatuordecim dentibus maxime perspicuis; columella quadriplicata.

Long. 7 lin., lat. 4½ lin.

Species forma globulosa et labro denticulato insignis.

E collectione Massena. — Patria incognita.

Kiener, coquilles vivantes. gen. marginella. p. 30. et pl. IX. fig. 38. (non „pl. IV. fig. 42“!)

48. OVULUM G. B. Sow. (1829.) (Ovula Brug.; amphiperas Gronov.; ovula et radius Schum.; ovula et simnia Leach; ovulus, radius, calpurnus et ultimus Montf.)

1. Ovulum rufum *G. B. Sowerby.*

Ov. testā oblonga, postice acuminata, rufa; labio externo incrassato, pallidiore; apertura angusta, antice latiore; columella intus linea longitudinali depressa, plicaque subspirali.

Var. testā tota pallida.

Long. 0·50 poll., lat. 0·15 poll.

Legit H. Cuming ad Columbiam occidentalem (Bay of Caraccas).

Proceedings. 1832. p. 173.

2. Ovulum avena *G. B. Sowerby.*

Ov. testā oblonga, rufa, extremitatibus subacuminatis; dorso subgibboso, transversim tenuissime striato; labio exter-

terno incrassato, pallidiore; apertura angusta, antice latiore, postice emarginata; columella postice uniplicata.

Long. 0·55 poll., lat. 0·22 poll.

Colores variant plus minus intensi.

Legit H. Cuming in America centrali (Conchagua).

Proceedings. 1832. p. 173.

3. Ovulum inflexum *G. B. Sowerby.*

Ov. testā oblonga, subcylindrica, laevi, pallida, postice subrostrata, inflexa; apertura antice subeffusa; labio externo incrassato, columellari intus carinato; columella postice uniplicata.

Long. 0·70 poll., lat. 0·25 poll.

Legit H. Cuming in America centrali (Gulf of Dulce).

Proceedings. 1832. p. 173.

4. Ovulum aequale *G. B. Sowerby.*

Ov. testā oblonga, subcylindrica, rufa; labio externo incrassato; extremitatibus obtusiusculis; apertura latiuscula, utraque extremitate aequali; columella carina interna distincta.

Long. 0·45 poll., lat. 0·18 poll.

Legit H. Cuming ad Panamam.

Proceedings. 1832. p. 174.

49. CYPRAEA Linn. (cypraea et peribolus Adans.)

1. Cypraea Goodallii *J. E. Gray.*

C. testā ovato-oblonga, alba, dorso obscure brunneo, punctato, maculaque subtetragona brunnea punctis rotundatis albis variegata notato; basi planiuscula; margine subincrassata; latere dextro subangulato extremitatibusque minute brunneo-punctatis; ore lineari, sublato; dentibus numerosis, submagnis, labii interni minoribus, externi ad basseos medium extensis; columellae parte antica subimpressa, late porcata.

Long. 6½ lin., lat. 3 lin.

Similis minori varietati c. cribrariae L.

Legit H. Cuming in Oceano Pacifico (Reefs of Elizabeth Island).

Proceedings. 1832. p. 184.

2. Cypraea Pacifica *J. E. Gray.*

C. testā oblonga; porcis transversis, acutis, subdistantibus; linea dorsali angusta, impressa; roseo-albida, punctis rufis brunneisve suffusa, maculisque duabus irregularibus, subtetragonis, alternantibus ad utrumque latus lineae dorsalis; margine extremitates versus subproducta, rosea; basi maculaque supra extremitatem utramque albis; ore lineari, postice abrupte recurvo; labio externo convexo, baseos dimidium latitudine aequante; columellae dimidio antico concavo.

Jun. testā hyalina, flavescente, ore albido.

Long. 4 lin., lat. $2\frac{1}{2}$ lin.

Perquam similis c. suffusae . .

Legit H. Cuming sub lapidibus ad insulas Gallapagos.

Proceedings. 1832. p. 185.

3. Cypraea rubescens *J. E. Gray.*

C. testā ovato-subglobosa, pallide rufescenti-brunnea, tenui, pellucida, immaculata; porcis transversis, angustis, acutis, subapproximatis, per lineam dorsalem continuis; ore lineari, subcurvo; labio externo angusto, subinflexo; columellae dimidio antico concavo, margine interna acuta, denticulata.

Jun. testā laevi, hyalina, rosea.

Long. 4 lin., lat. $2\frac{1}{2}$ lin.

Valde similis parvis et immaculatis speciminibus c. pediculi L.

Legit H. Cuming sub lapidibus ad insulas Gallapagos.

Proceedings. 1832. p. 185.

4. Cypraea Maugeri *J. E. Gray.*

C. testā ovato-oblonga, pellucida, rosea, maculis tribus subtetragonis, saturatioribus per dorsum medium dispositis; porcis transversis subapproximatis, angustissimis, acu-

tis; linea dorsali impressa, angusta, indistincta; basi convexa; margine externa subincrassata; ore lineari, antice parum latiore; labio externo latitudinis basecos dimidium subaequante; columellae dimidio antico concavo, sulcato.

Var. β: minor, crassior, linea dorsali impressa distincta.

Long. 8 lin., lat. $5\frac{1}{2}$ lin. — β: long. 6 lin., lat. $4\frac{1}{2}$ lin.

Species inter c. Australem Lam. et roseam Mawe intermedia.

Legit H. Cuming sub lapidibus ad insulas Gallapagos.

Proceedings. 1832. p. 185.

5. Cypraea Cumingii *J. E. Gray.*

C. testā ovato-oblonga, pallide flavescenti-brunnea, maculis albis, brunneo anguste cinctis; linea dorsali angusta, laterali; basi subplana, supra labium internum producta, atque in medio labii externi extante; margine alba, brunneo superne punctata, ad labium externum abrupte producta; ore angusto, lineari, dentibus marginalibus minimis; labio columellari sublaevi, per totam longitudinem concava; labii externi extremitatibus interne declivibus, sulcatis.

Long. $6\frac{1}{2}$ lin., lat. $3\frac{1}{2}$ lin.

Similis c. margaritae Solander mss. Humphr. et varietati maculatae marginataeque c. cribrariae L.

Legit H. Cuming ad insulas Societatis (Raie-tea).

Proceedings. 1832. p. 185.

6. Cypraea contaminata *J. E. Gray.*

C. testā ovato-ventricosa, cinereo-alba, fasciis tribus, latis, subsaturatioribus, fulvo obscure punctata; basi convexa, brunneo-nigro punctata; margine externa extremitatibusque acutis; ore lineari, dentibus subparvis numerosis, labii interni minoribus, externi ad basecos medium extensis; columella antice plana, uni- v. bi-plicata.

Long. 6 lin., lat. 3 lin.

Similis c. Goodallii Gray.

E collectione J. E. Gray. — Hab. in Oceano Pacifico.

Proceedings. 1832. p. 186.

7. Cypraea Broderipii *J. E. Gray.*

C. testā ovata, subventricosa, lactea, fasciis interruptis, roseis; dorso brunneo, reticulato, maculis inaequalibus, rotundatis; lateribus haud arenosis, maculis convexis, inaequalibus, margaritaceis; basi convexa, brunnea, maculis rotundatis, saturatioribus, supra obscure albo-punctatis; linea dorsali continua, sublata, laterali; ore sublato, dentibus albis, labii externi magnis distantibus, interni magis approximatis numerosisque et ad baseos marginem paullum extensis; columellae concavitate antica brevi, profunda, plicata.

Long. $2\frac{3}{4}$ poll., lat. $1\frac{3}{4}$ poll., alt. $1\frac{5}{12}$ poll.

Simillima c. damae Humphr. cat.

Legit H. Cuming in Oceano Indico (Madagascar).

Proceedings. 1832. p. 186.

FAM. X. VOLUTACEA Mke.

50. TEREBRA Brug. (subula et terebra Blainv.; subula et eburna pars β Schum.)

a. Terebra Knorrii *J. E. Gray.*

T. testā turrita, subulata, acuminata, solida, polita; anfractibus planis, superioribus transverse sulcatis; alba brunneo interrupte trifasciata, fascia posteriore lata maculis irregularibus, mediana angusta, anteriore latiore maculis quadratis.

Axis $2\frac{1}{2}$ unc., diam. $\frac{1}{2}$ unc.

Similis t. maculatae Lam. et t. tigrinae Gray. — Anfractus sulco spirali cingulum posterius efformante; labium interius tenue, concavum.

Knorr, deliciae. vol. III. t. 23. fig. 3.

Patria desideratur.

Proceedings. 1834. p. 59.

1. Terebra affinis *J. E. Gray.*

T. testā turrita, subulata, gracili, solidiuscula; anfractibus planis, transverse punctato-sulcatis, tenuiter spiraliter striatis, sulco spirali posteriore profundo; apertura parva;

alba nebulis lineisque spiralibus tribus vel quatuor saturate rufis.

Var. β: parva.

Var. γ: gracilior.

Axis $1\frac{3}{4}$ unc.; β axis $1\frac{1}{4}$ unc.; γ axis 1 unc.

Similis t. nubeculatae Sow., sed minor et gracilior. — Anfractus sulco spirali cingulum posterius efformante; labium interius tenue, concavum.

Patria desideratur.

Proceedings. 1834. p. 60.

2. Terebra rudis *J. E. Gray.*

T. testā turrita, subulata, longitudinaliter plicata, spiraliter sulcata, cancellata; anfractibus planis, cingulo posteriore convexiusculo, noduloso; apertura mediocri; pallide flava; apice flavo.

Axis $1\frac{1}{2}$ unc.

Anfractus sulco spirali cingulum posterius efformante; labium interius tenue, concavum.

Patria desideratur.

Proceedings. 1834. p. 60.

3. Terebra striata *J. E. Gray.*

T. testa turrita, subulata, gracillima, laevi, striis spiralibus distantibus; anfractibus convexiusculis, sulcis curvatis, distantibus, cingulo parum noduloso, superioribus profunde sulcatis cinguloque altero albo-nebuloso, ultimo antice striis spiralibus frequentibus; apertura minima; pallide brunnea.

Axis $1\frac{1}{2}$ unc.

Affinis t. affini Gray. — Anfractus sulco spirali cingulum posterius efformante; labium interius tenue, concavum.

Patria desideratur.

Proceedings. 1834. p. 60.

4. Terebra undulata *J. E. Gray.*

T. testa turrita, subulata, gracillima, longitudinaliter undata, plicis angularibus laevibus, interstitiis linearibus rufis

minute punctatis; anfractibus planiusculis, serie postica tuberculorum alborum majusculorum; apertura parva; pallide flava.

Axis $1\frac{1}{2}$ unc.

Anfractus sulco spirali cingulum posterius efformante; labium interius tenue, concavum.

Patria desideratur.

Proceedings. 1834. p. 60.

5. Terebra alba *J. E. Gray.*

T. testā turrita, subulata, costis longitudinalibus spiralibusque frequentibus cancellata; anfractibus planis, cingulo convexiusculo; apertura parva; alba.

Axis $\frac{3}{4}$ unc.

Anfractus sulco spirali cingulum posterius efformante; labium interius tenue, concavum.

Patria desideratur.

Proceedings. 1834. p. 60.

6. Terebra flava *J. E. Gray.*

T. testā turrita, ovato-subulata, longitudinaliter plicata, plicis frequentibus aequalibus, striis spiralibus frequentibus punctatis; anfractibus planis, cingulo convexiusculo; pallide flava.

Var. subulata, gracilis, costis longitudinalibus magis acutis.

Axis 1 unc.

Anfractus sulco spirali cingulum posterius efformante; labium interius tenue, concavum.

Patria desideratur.

Proceedings. 1834. p. 60.

7. Terebra punctatostriata *J. E. Gray.*

T. testā turrita, subulata, gracili, tenui, laevi, striis spiralibus distantibus punctatis, sulco spirali posteriore profundiore; anfractibus convexiusculis, ad suturam subcrenulatis, superioribus profunde punctatis; apertura angusta; pallide rufo-flava.

Axis $2\frac{3}{4}$ unc.

Anfractus sulco spirali cingulum posterius efformante; labium interius tenue, concavum.

Patria desideratur.

Proceedings. 1834. p. 61.

8. Terebra gracilis *J. E. Gray.*

T. testâ turrita, lineari-subulata, pellucida, laevi polita, tenuiter spiraliter striata, plicis longitudinalibus distantibus; anfractibus subplanis, sulcò posteriore profundo; cinerea, anfractu ultimo antice purpureo.

Axis 1 unc.

Anfractus sulco spirali cingulum posterius efformante; labium interius tenue, concavum.

Hab. ad oras Africae.

Proceedings. 1834. p. 61.

9. Terebra tessellata *J. E. Gray.*

T. testâ turrita, subulata, laevi; anfractibus planis, cingulo convexo noduloso albo, superioribus cingulo altero etiam noduloso; alba brunneo interrupte trifasciata, maculis aequalibus quadratis.

Axis (an junioris?) 1 unc.

Differt ab omnibus et maculatis speciebus cingulo magis noduloso, posteriore immaculato. — Anfractus sulco spirali cingulum posterius efformante; labium interius tenue, concavum.

Patria desideratur.

Proceedings. 1834. p. 61.

10. Terebra variegata *J. E. Gray.*

T. testa turrita, subulata, costis spiralibus vix prominentibus parum nodulosis; anfractibus planis; alba vel viridescente, seriebus tribus macularum brunnearum, maculis posterioribus quadratis inter cinguli nodulos compressos, caeteris oblongis transversis.

Var. pellucida, albida brunneo-maculata, nodulis albis opacis.

Axis $2\frac{1}{2}$ unc.

Anfractus sulco spirali cingulum posterius efformante; labium interius tenue, concavum.

Patria desideratur.

Proceedings. 1834. p. 61.

11. Terebra plicata *J. E. Gray.*

T. testā turrita, ovato-subulata, tenui, tenuiter spiraliter striata, costis longitudinalibus undatis albis subdistantibus; anfractibus planis, cingulo subelevato costato, sutura crenulata; apertura mediocri; pallide brunnea.

Mensura desideratur.

Anfractus sulco spirali cingulum posterius efformante; labium interius tenue, concavum.

Patria desideratur.

Proceedings. 1834. p. 61.

12. Terebra punctata *J. E. Gray.*

T. testā turrita, subulata, gracili, acuminata, laevi; anfractibus planis, cingulo subangusto noduloso, superioribus cingulo altero etiam noduloso; apertura parva; pallide flavescente, seriebus quatuor macularum brunnearum parvarum in strigas aliquando confluentium.

Mensura desideratur.

Anfractus sulco spirali cingulum posterius efformante; labium interius tenue, concavum.

Patria desideratur.

Proceedings. 1834. p. 61.

13. Terebra laevigata *J. E. Gray.*

T. testā turrita, subulata, gracillima, tenui, laevi, tenuissime striata; anfractibus planis, in medio subcarinatis, cingulo laevi subelevato porca carinata utrinque aucto; anfractu ultimo haud carinato; apertura minima; albida.

Axis $1\frac{1}{4}$ unc.

Anfractus sulco spirali cingulum posterius efformante; labium interius tenue, concavum.

Patria desideratur.

Proceedings. 1834. p. 61.

14. Terebra laevis *J. E. Gray.*

T. testā turrita, subulata, laevi; anfractibus subconcavis, in medio subcarinatis, superioribus transverse sulcatis, cingulo albo opaco angusto laevi sulco subprofundo antice porcaque angustissima carinata postice aucto; alba flavescenti-varia.

Axis $1\frac{1}{4}$ unc.

Anfractus sulco spirali cingulum posterius efformante; labium interius tenue, concavum.

Patria desideratur.

Proceedings. 1834. p. 61.

15. Terebra anomala *J. E. Gray.*

T. testā turrita, subulata, laevi, polita; anfractibus planis, sulco spirali postico profundo crenato, postice longitudinaliter plicatis; apertura antice subeffusa, postice angustata acutissima, labio interiore praesertim postice incrassato; alba, fascia latissima subpostica alteraque angustiore antica cinereis vel brunneis; apice acutissimo brunneo.

Axis $1\frac{3}{4}$ unc.

Anfractus sulco spirali cingulum posterius efformante; labium interius incrassatum, subelevatum.

Patria desideratur.

Proceedings. 1834. p. 62.

16. Terebra ornata *J. E. Gray.*

T. testā turrita, ovato-subulata, solida; anfractibus planis, sulco spirali posteriore profundo, cingulo convexo subnodulosо; apertura ovata, labio interiore subincrassato declivi; alba, seriebus quatuor macularum parvarum brunnearum quadratarum, serierum intermediarum maculis nonnunquam in strigas oblongas confluentibus.

Axis 4 unc.

Anfractus sulco spirali cingulum posterius efformante; labium interius incrassatum, subelevatum.

Patria desideratur.

Proceedings. 1834. p. 62.

17. Terebra cancellata *J. E. Gray.*

T. testā turrita, subulata, sulcis spiralibus frequentibus profundis, plicis longitudinalibus aequalibus subconfertis; anfractibus planis, sulco posteriore profundo; apertura subparva, labio interiore incrassato elevato; pallide cinerea.

Axis $1\frac{3}{4}$ unc.

Anfractus sulco spirali cingulum posterius efformante; labium interius incrassatum, subelevatum.

Patria desideratur.

Proceedings. 1834. p. 62.

18. Terebra straminea *J. E. Gray.*

T. testā turrita, subulata, subrugosa, spiraliter confertim sulcata; anfractibus subplanis, cingulo postico subelevato oblique transversim sulcato alteroque nodulorum magis rotundatorum; apertura parva, labio interiore postice subcalloso; flavescente.

Axis $2\frac{1}{2}$ unc.

Anfractus sulco spirali cingulum posterius efformante; labium interius incrassatum, subelevatum.

Patria desideratur.

Proceedings. 1834. p. 62.

19. Terebra triseriata *J. E. Gray.*

T. testā turrita, subulata, gracillima, subcylindrica, costis spiralibus subgranulosis confertis; cingulo postico convexo noduloso, ante hoc altero subangustiore, et tertio minore pone; apertura minima, labio interiore subincrassato; pallide flavescente.

Axis $1\frac{3}{4}$ unc.

Anfractus sulco spirali cingulum posterius efformante; labium interius incrassatum, subelevatum.

Patria desideratur.

Proceedings. 1834. p. 62.

20. Terebra albida *J. E. Gray.*

T. testā turrita, ovato-subulata, acuminata, laevi; anfractibus planis, sutura subimpressa; pallide flavescenti-albida.

Axis $1\frac{1}{4}$ unc.

Anfractus sulco postico nullo; labium interius nullum; testa elongata, gracilis.

Patria desideratur.

Proceedings. 1834. p. 63.

Praeterea J. E. Gray nova nomina imponit, generi adaptata:

b. Terebra tigrina ***J. E. Gray.***

Buccinum felinum Dillw.

(Quare hoc et specificum nomen rejecerit?!)

c. Terebra aciculata ***J. E. Gray.***

Buccinum aciculatum Lam.

d. Terebra polita ***J. E. Gray.***

Buccinum politum Lam.

e. Terebra Tahitensis ***J. E. Gray.***

Buccinum Tahitense Gmel. — Buccinum Australe Sow.

Proceedings. 1834. p. 59. et 63.

51. VOLUTA Linn.

1. Voluta Cumingii ***W. J. Broderip.***

V. testā ovato-pyramidali, albida, caeruleo-spadiceo nebulosa, suturas versus nigro-spadiceo vittata; spira elongata, apice acuto; anfractibus nodosis, ultimo subcostato, costis tumidis, fascia subcentrali pallida lata cincto; labro tumido subcontracto subreflexo, acuto, varice interno obliquo, submedio; columella obscure multiplicata, plicis tribus ultimis maximis.

Long. $1\frac{5}{8}$ poll., lat. $\frac{3}{4}$ poll.

Accedit aliquatenus ad mitram Lam.

Legit H. Cuming in America centrali (Gulf of Fonseca, province of San Salvador).

Proceedings. 1832. p. 33.

2. Voluta Anna ***R. P. Lesson.***

V. testā oblonga, pauciventricosa; apice turriculato, costato, costis convexis, longitudinalibus; albo-luteola lineis

et maculis interruptis aurantiacis; columella sexplicata, tribus majoribus, tribus minoribus.

Long. 2 poll., lat. 1 poll., aperturae long. vertical. 16 lin.

Quae ratio nominis?

E collectione ducis de Rivoli. — Patria incognita.

Lesson, illustrations de zoolog. XV. (nr. XLIV et) pl. XLIV.

FAM. nova.

LII. STILIFER *W. J. Broderip.*

Testa hyalina, turbinata, apice spirae stilum mentiente. Apertura subovata, superne acuminata. Labrum acutum, sinuatum. — Pallium crassum, carnosum, cyathiforme, testae anfractus ultimos obtegens. Proboscis longissima, retractilis. Tentacula rotunda, crassa, subacuminata, ad basin proboscidis posita. Oculi ad basin tentaculorum, sessiles, minimi. Branchiae stirps solitaria.

Animal marinum. — Pallium aperturā baseos parva, margine postico libero, partes molles ultimosque anfractus stiliformes obtegit. Proboscis totius animalis longitudine, ex apertura pallii basali exserenda. Tentacula duo, teretia. Pes rudimentarius.

Proceedings. 1832. p. 60.

1. Stilifer astericola *W. J. Broderip.*

St. testā subglobosa, diaphana, lactescente; anfractibus ventricosis, longitudinaliter leviter striatis, ultimo maximo; apicis anfractibus duobus.

Long. $\frac{3}{10}$ poll., lat. $\frac{1}{4}$ poll.

Reperit H. Cuming parasitam, cutem asteriae solaris Gray penetrantem, ad insulas Gallapagos (Lord Hood's Island).

Proceedings. 1832. p. 60.

2. Stilifer subulatus *W. J. Broderip.*

St. testā turrita, subulata, attenuata, diaphana, anfractibus numerosis, subrotundatis; apice longissimo.

Long. $\frac{1}{2}$ poll., lat. $\frac{1}{4}$ poll.

E collectione Sowerby. — Hab. in Indis occidentalibus
Proceedings. 1832. p. 61.

a. Stilifer Turtoni *W. J. Broderip.*

Sic auctor proponit nominare phasianellam styliferam Turt. (zool. journ. vol. II. p. 367. pl. XI.), quorum Turton duodecim invenit echini esculenti Linn. spinis adhaerentes (in Torbay), et qui, operculo carentes, certe non phasianellae Lam. sed potius hujus generis sint.

Proceedings. 1832. p. 60.

ORD. VIII. ASPIDOBRANCHIA Mke.

SUBORD. II. CALYPTRAEACEA Mke.

FAM. II. CAPULEA Mke. (Calyptraeea Blainv.; Trachelobranchia Gray.)

53. CREPIDULA Lam. (Sandalium Schum.)

1. Crepidula nautiloides *R. P. Lesson.*

Cr. testā ovato-rotundata, convexa, astute radiata, fusca et purpurea; unguiculo a latere terminali; labio laevigato, ovali, subspirali, violaceo, cum lamina horizontali alba, concisa.

Long. 13 lin., diam. supra 9 lin., alt. fere 10 lin.

E collectione Kéraudren. — Hab. in Oceano Pacifico?

Lesson, illustrations de zoolog. XIV. (nr. XLII. et) pl. XLII.

54. CALYPTRAEA Lam. (vel potius secundum Brod. hic latior quam Lam., inclusis nempe calypeopsi Less., syphopatella Less., crepipatella Less. et crepidula Less. — Calyptrus Montf.; dispotaea Say; crucibulum, mitrularia et trochita Schum.)

1. Calyptraea rudis *W. J. Broderip.*

C. testā fusca, subdepressa, suborbiculari, radiatim corrugata, limbo crenato; cyatho concentrice lineato, albido, irregulariter subcirculari; epidermide subfusca.

Diam. circiter 2 poll., alt. $\frac{7}{12}$ poll.

Testa subconica, subacuminata, cyathi basi adhaerens, lateribus liberis; cyathus integer.

Deinde etiam in: Transact. of the zool. soc. of London. Vol. I. P. III. 1835. p. 196. et tab. XXVII. fig. 1.

Legit H. Cuming ad Panamam et Real Llejos.

Proceedings. 1834. p. 35.

2. Calyptraea corrugata *W. J. Broderip.*

C. testā subalbida, suborbiculari, subdepressa, corrugata; intus nitente; cyatho concentrice lineato, producto; epidermide fusca.

Diam. circiter $1\frac{5}{8}$ poll., alt. $\frac{4}{5}$ poll.

Testa subconica, subacuminata, cyathi basi adhaerens, lateribus liberis; cyathus hemiconicus, longitudinaliter quasi divisus.

Dein etiam: Transact. of the zool. soc. of Lond. Vol. I. P. III. 1835. p. 197. et tab. XXVII. fig. 2.

Legit H. Cuming sub lapidibus marinis, in America centrali (Guacomayo).

Proceedings. 1834. p. 35.

3. Calyptraea varia *W. J. Broderip.*

C. testā albida, suborbiculari, crassiuscula, longitudinaliter creberrime striata; cyatho concentrice lineato, crassiusculo, producto.

Diam. $1\frac{3}{8}$ poll., alt. max. $\frac{7}{8}$, alt. min. $\frac{1}{4}$ poll.

Species valde variabilis, affinis c. equestri Lam. — Testa subconica, subacuminata, cyathi basi adhaerens, lateribus liberis; cyathus hemiconicus, longitudinaliter quasi divisus.

Dein etiam: Transact. of the zool. soc. of Lond. Vol. I. P. III. 1835. p. 197. et tab. XXVII. fig. 3.

Legit H. Cuming in Oceano Pacifico (Lord Hood's Island, the Gallapagos, and the Island of Muerte in the Bay of Guayaquil).

Proceedings. 1834. p. 35.

4. Calyptraea cepacea *W. J. Broderip.*

C. testā alba, suborbiculari, subconcava, tenui, dia-

phana, striis numerosis subcorrugata; intus nitente; cyathi terminationibus lanceolatis.

Long. $1\frac{1}{12}$ poll., lat. $1\frac{1}{8}$ poll., alt. $\frac{3}{8}$ poll.

Testa subconica, subacuminata, cyathi basi adhaerens, lateribus liberis; cyathus hemiconicus, longitudinaliter quasi divisus.

Dein etiam: Transact. of the zool. soc. of Lond. Vol. I. P. III. 1835. p. 197. et tab. XXVII. fig. 4.

Legit H. Cuming testis cassis adhaerentem, in sinu Guayaquil (Island of Muerte).

Proceedings. 1834. p. 35.

5. Calyptraea cornea *W. J. Broderip.*

C. testā suborbiculari, complanata, albida, subdiaphana, concentrice lineata et radiatim striata; intus nitente.

Diam. $\frac{3}{4}$ poll., alt. $\frac{1}{8}$ poll.

Testa subconica, subacuminata, cyathi basi adhaerens, lateribus liberis; cyathus hemiconicus, longitudinaliter quasi divisus.

Dein etiam: Transact. of the zool. soc. of Lond. Vol. I. P. III. 1835. p. 197. et tab. XXVII. fig. 5.

Legit H. Cuming ad Aricam Peruviae.

Proceedings. 1834. p. 35.

6. Calyptraea radiata *W. J. Broderip.*

C. testā conico-orbiculari, albida fusco-radiata, striis longitudinalibus crebris; limbo crenulato; apice acuto, subrecurvo, cyatho depresso.

Diam. 1 poll., alt. $\frac{5}{12}$ poll.

Cyathus internus integer, lateraliter adhaerens.

Dein etiam: Transact. of the zool. soc. of Lond. Vol. I. P. III. 1835. p. 198. et tab. XXVII. fig. 6.

Legit H. Cuming testis emortuis adhaerentem, in America meridionali (Bay of Caraccas).

Proceedings. 1834. p. 36.

7. Calyptraea imbricata *W. J. Broderip.*

C. testā albida, crassa, subconica, ovata, costis longi-

tudinalibus et squamis transversis imbricata; apice subincurvo, acuto; limbo crenato; cyatho depresso.

Diam 1 poll., lat. $\frac{3}{4}$ poll., alt. $\frac{3}{4}$ poll.

Cyathus internus integer, lateraliter adhaerens.

Dein etiam: Transact. of the zool. soc. of Lond. Vol. I. P. III. 1835. p. 198. et tab. XXVII. fig. 7.

Legit H. Cuming lapidibus adhaerentem, ad Panamam.

Proceedings. 1834. p. 36.

8. Calyptraea lignaria *W. J. Broderip.*

C. testā crassa, fusca, deformi, striis corrugata; apice prominente subadunco, acuto, posteriore.

Var. β: enormiter conica, cyatho valde profundo.

Long. $1\frac{2}{3}$ poll., lat. $\frac{3}{4}$ poll., alt. $\frac{7}{8}$ poll.

Cyathus internus integer, lateraliter adhaerens.

Dein etiam: Transact. of the zool. soc. of Lond. Vol. I. P. III. 1835. p. 199. et tab. XXVII. fig. 8. — β: ib. fig. 8*.

Legit H. Cuming sub lapidibus, β ad testas, in America centrali (Real Llejos, β Island of Chiloe).

Proceedings. 1834. p. 36.

9. Calyptraea tenuis *W. J. Broderip.*

C. testā irregulari, tenui, subdiaphana, creberrime striata, albida, interdum fusco pallide strigata.

Diam. circiter 1 poll., alt. $\frac{2}{3}$ poll.

Cyathus internus integer, lateraliter adhaerens.

Dein etiam: Transact. of the zool. soc. of Lond. Vol. I. P. III. 1835. p. 199. et tab. XXVII. fig. 9.

Legit H. Cuming testis vivis adhaerentem, ad oras Peruviae (Samanco Bay).

Proceedings. 1834. p. 36.

10. Calyptraea hispida *W. J. Broderip.*

C. testā subovata, subconica, alba strigis maculisque subpurpureo-fuscis varia, striis frequentibus et spinis tubularibus erectis hispida; limbo crenulato; apice turbinato; cyatho subdepresso.

Diam. $\frac{5}{6}$ poll., lat. $\frac{2}{3}$ poll., alt. $\frac{3}{10}$ poll.

Cyathus internus integer, lateraliter adhaerens.

Dein

Dein etiam: Transact. of the zool. soc. of Lond. Vol. I. P. III. 1835. p. 200. et tab. XXVII. fig. 10.

Legit H. Cuming ad insulam Muerte (Bay of Guayaquil).

Proceedings. 1834. p. 37.

11. Calyptraea maculata *W. J. Broderip.*

C. testā ovata, albida, purpureo-fusco maculata, longitudinaliter rugosa; limbo serrato; apice subturbinato, subincurvo.

Diam. $\frac{11}{12}$ poll., lat. $\frac{7}{10}$ poll., alt. $\frac{3}{8}$ poll.

Cyathus internus integer, lateraliter adhaerens.

Dein etiam: Transact. of the zool. soc. of Lond. Vol. I. P. III. 1835. p. 200. et tab. XXVII. fig. 11.

Legit H. Cuming testis cassis adhaerentem, ad insulam Muerte.

Proceedings. 1834. p. 37.

12. Calyptraea serrata *W. J. Broderip.*

C. testā suborbiculari, alba, subpurpureo vel fusco interdum fucata vel strigata, costis longitudinalibus prominentibus rugosis; limbo serrato; apice subturbinato; cyatho valde depresso.

Var. testā alba.

Diam. $\frac{1}{2}$ poll., lat. $\frac{5}{12}$ poll., alt. $\frac{1}{4}$ poll.

Cyathus internus integer, lateraliter adhaerens.

Dein etiam: Transact. of the zool. soc. of Lond. Vol. I. P. III. 1835. p. 200. et tab. XXVIII. fig. 1.

Legit H. Cuming testis emortuis adhaerentem, ad Real Llejos et Muerte.

Proceedings. 1834. p. 37.

13. Calyptraea sordida *W. J. Broderip.*

C. testā subconica, sordide lutea, longitudinaliter subradiata; apice turbinato; cyatho depresso, subtrigono, haud profundo.

Diam. $\frac{1}{2}$ poll., lat. $\frac{5}{12}$ poll., alt. $\frac{1}{5}$ poll.

Lamina interna subtrigona, subcircularis, latere dextro replicato.

Dein etiam: Transact. of the zool. soc. of Lond. Vol. I. P. III. 1835. p. 201. et tab. XXVIII. fig. 2.

Legit H. Cuming lapidibus adhaerentem, ad Panamam.

Proceedings. 1834. p. 37.

14. Calyptraea unguis *W. J. Broderip.*

C. testā tenui, conica, corrugata, fusca; apice subturbinato; cyatho depresso, subtrigono.

Diam. $\frac{1}{3}$ poll., alt. $\frac{3}{10}$ poll.

Lamina interna subtrigona, subcircularis, latere dextro replicato.

Dein etiam: Transact. of the zool. soc. of Lond. Vol. I. P. III. 1835. p. 201. et tab. XXVIII. fig. 3.

Legit H. Cuming testis adhaerentem, ad Valparaiso.

Proceedings. 1834. p. 37.

15. Calyptraea lichen *W. J. Broderip.*

C. testā albida, interdum pallide fusco-sparsa, subdiaphana, subturbinata, orbiculata, complanata.

Diam. $\frac{3}{4}$ poll., alt. $\frac{1}{4}$ poll.

Lamina interna subtrigona, subcircularis, latere dextro replicato.

Dein etiam: Transact. of the zool. soc. of Lond. Vol. I. P. III. 1835. p. 201. et tab. XXVIII. fig. 4.

Legit H. Cuming testis cassis adhaerentem, ad Muerte insulam.

Proceedings. 1834. p. 37.

16. Calyptraea mamillaris *W. J. Broderip.*

C. testā albida, subconica; apice subpurpureo, mamillari.

Diam. $\frac{1}{2}$ poll., alt. $\frac{1}{3}$ poll.

Testa variat colore. — Lamina interna subtrigona, subcircularis, latere dextro replicato.

Dein etiam: Transact. of the zool. soc. of Lond. Vol. I. P. III. 1835. p. 201. et tab. XXVIII. fig. 5.

Legit H. Cuming testis cassis adhaerentem, ad Muerte insulam.

Proceedings. 1834. p. 38.

17. Calyptraea striata *W. J. Broderip.*

C. testā sordide alba, suborbiculata, subconica, subturbinata, striis longitudinalibus elevatis creberrimis corrugata; intus fusco-flavescente.

Diam. $\frac{5}{6}$ poll., alt. $\frac{3}{10}$ poll.

Lamina interna subtrigona, subcircularis, latere dextro replicato.

Dein etiam: Transact. of the zool. soc. of Lond. Vol. I. P. III. 1835. p. 202. et tab. XXVIII. fig. 6.

Legit H. Cuming testis adhaerentem, ad Valparaiso.

Proceedings. 1834. p. 38.

18. Calyptraea conica *W. J. Broderip.*

C. testā conica, fusca, albo-maculata, subturbinata.

Diam. $1\frac{1}{2}$ poll., alt. $\frac{7}{10}$ poll.

Lamina interna subtrigona, subcircularis, latere dextro replicato.

Dein etiam: Transact. of the zool. soc. of Lond. Vol. I. P. III. 1835. p. 202. et tab. XXVIII. fig. 7.

Legit H. Cuming testis adhaerentem, ad Xipixapi et ad Salango.

Proceedings. 1834. p. 38.

19. Calyptraea foliacea *W. J. Broderip.*

C. testā suborbiculari, albida, foliacea; intus castanea vel alba castaneo-varia.

Diam. 1 poll. alt. $\frac{3}{8}$ poll.

Valva superior similis illi est chamae L. — Lamina rotundata, apice laterali et subterminali.

Dein etiam: Transact. of the zool. soc. of Lond. Vol. I. P. III. 1835. p. 202. et tab. XXVIII. fig. 9.

Legit H. Cuming saxis adhaerentem, ad Aricam Peruviae.

Proceedings. 1834. p. 38.

20. Calyptraea dorsata *W. J. Broderip.*

C. testā subalbida, planiuscula, costis longitudinalibus irregularibus rugosa; intus medio fusco-violacea.

Diam. $\frac{3}{8}$ poll., lat. $\frac{1}{2}$ poll.

Dorsum non dissimile est valvae superioris dorso in terebratula Dalm. — Lamina rotundata, apice laterali et subterminali.

Dein etiam: Transact. of the zool. soc. of Lond. Vol. I. P. III. 1835. p. 202. et tab. XXVIII. fig. 10.

Legit H. Cuming testis cassis adhaerentem, ad St. Elenam.

Proceedings. 1834. p. 38.

a. Calyptraeae dilatatae Lam.

Var. intus nigro-castanea. testā sordide alba, castaneo-strigata; intus nitide nigro-castanea; lamina alba. *(W. J. Brod.)*

Diam. $1\frac{1}{4}$ poll., lat. $1\frac{1}{8}$ poll., alt. $\frac{1}{2}$ poll.

Nonnullis color internus plane niger. — Lamina rotundata, apice laterali et subterminali.

Dein etiam: Transact. of the zool. soc. of Lond. Vol. I. P. III. 1835. p. 203. et tab. XXVIII. fig. 11.

Legit H. Cuming rupibus supermarinis adhaerentem, ad Valparaiso.

Proceedings. 1834. p. 38.

21. Calytraea strigata *W. J. Broderip.*

C. testā subcorrugata, sordide rubra, albo-varia; intus subrufa, interdum alba vel alba rubro-castaneo-varia.

Diam. 1 poll.

Variat colore et forma. — Lamina rotundata, apice laterali et subterminali.

Forsan varietas c. dilatatae Lam.

Dein etiam: Transact. of the zool. soc. of Lond. Vol. I. P. III. 1835. p. 203. et tab. XXVIII. fig. 12.

Legit H. Cuming mytilis L. adhaerentem, ad Valparaiso.

Proceedings. 1834. p. 39.

22. Calyptraea echinus *W. J. Broderip.*

C. testā albida, violaceo-maculata, interdum fusca, striis longitudinalibus creberrimis, spinis fornicatis horrida; intus flavente vel alba.

Diam. $1\frac{1}{2}$ poll., lat. $1\frac{1}{8}$ poll., alt. $\frac{5}{8}$ poll.

Adulta valde similis crepidulae fornicatae Sow. (genera of shells. nr. 23, fig. l.), vel forte eadem. — Lamina rotundata, apice laterali et subterminali.

Dein etiam: Transact. of the zool. soc. of Lond. Vol. I. P. III. 1835. p. 203. et tab. XXIX. fig. 1.

Legit H. Cuming sub lapidibus, ad Peruviam (Lobos Island).

Proceedings. 1834. p. 39.

23. Calyptraea hystrix *W. J. Broderip.*

C. testā sordide alba vel fusca, complanata, longitudinaliter striata, spinis magnis, fornicatis, apertis, seriatim dispositis; intus albida, interdum castaneo-maculata.

Diam. $1\frac{1}{4}$ poll., lat. $\frac{7}{8}$ poll., alt. $\frac{3}{8}$ poll.

Lamina rotundata, apice laterali et subterminali.

Forte varietas crepidulae aculeatae Lam.

Dein etiam: Transact. of the zool. soc. of Lond. Vol. I. P. III. 1835. p. 203. et tab. XXIX. fig. 2.

Legit H. Cuming ad Peruviam (Lobos Island).

Proceedings. 1834. p. 39.

24. Calyptraea pallida *W. J. Broderip.*

C. testā sordide alba, ovata; apice prominente.

Diam. $\frac{7}{8}$ poll., lat. $\frac{5}{8}$ poll., alt. $\frac{1}{4}$ poll.

Lamina rotundata, apice laterali et subterminali.

Dein etiam: Transact. of the zool. soc. of Lond. Vol. I. P. III. 1835. p. 204. et tab. XXIX. fig. 3.

Legit H. Cuming sub lapidibus, ad insulas Falkland dictas.

Proceedings. 1834. p. 39.

25. Calyptraea Lessonii *W. J. Broderip.*

C. testā complanata, subconcentrice foliacea, foliis tenuibus, alba, fusco longitudinaliter strigata; intus albida; limbo interno interdum fusco ciliato-strigato.

Long. $1\frac{2}{5}$ poll., lat. $\frac{11}{12}$ poll., alt. $\frac{1}{4}$ poll.

Nominatum in memoriam R. P. Lesson. — Valva su-

perior similis est illi chamae L. — Lamina subrecta, apice postico et submedio.

Dein etiam: Transact. of the zool. soc. of Lond. Vol. I. P. III. 1835. p. 204. et tab. XXIX. fig. 5.

Legit H. Cuming in sinu Guayaquil (Isle of Muerte).

Proceedings. 1834. p. 39.

26. Calyptraea incurva *W. J. Broderip.*

C. testā fusco-nigricante, tortuosa, corrugata; intus nigricante, septo albo; apice adunco.

Long. $\frac{3}{4}$ poll., lat. $\frac{1}{2}$ poll., alt. $\frac{3}{8}$ poll.

Lamina subrecta, apice postico et submedio.

Dein etiam: Transact. of the zool. soc. of Lond. Vol. I. P. III. 1835. p. 204. et tab. XXIX. fig. 6.

Legit H. Cuming testis emortuis adhaerentem, ad St. Elenam et ad Xipixapi.

Proceedings. 1834. p. 40.

27. Calyptraea excavata *W. J. Broderip.*

C. testā crassiuscula, subtortuosa, laevi, albida vel subflava, fusco-punctata et strigata; intus alba vel alba fuscofucata, limbo interdum fusco ciliato-strigato.

Long. $1\frac{7}{8}$ poll., lat. $1\frac{1}{8}$ poll., alt. $\frac{5}{8}$ poll.

Lamina subrecta, apice postico et submedio.

Dein etiam: Transact. of the zoel. soc. of Lond. Vol. I. P. III. 1835. p. 205. et tab. XXIX. fig. 7.

Legit H. Cuming ad Real Llejos.

Proceedings 1834. p. 40.

28. Calyptraea arenata *W. J. Broderip.*

C. testā subovata, albida rubro-fusco creberrime punctata; intus subrubra, vel albida subrubro-maculata, septo albo.

Long. $1\frac{1}{8}$ poll., lat. $\frac{7}{8}$ poll., alt. $\frac{1}{3}$ poll.

Similis crepidulae porzellanae Lam. — Lamina subrecta, apice postico et submedio.

Dein etiam: Transact. of the zool. soc. of Lond. Vol. I. P. III. 1835. p. 205. et tab. XXIX. fig. 8.

Legit H. Cuming testis adhaerentem, ad St. Elenam.

Proceedings. 1834. p. 40.

29. Calyptraea marginalis *W. J. Broderip.*

C. testā subovata, sublaevi vel vix corrugata, subflava vel albida fusco-strigata; intus nigricante vel flava fusco-strigata, septo albo.

Long. $1\frac{1}{5}$ poll., lat. $\frac{5}{6}$ poll., alt. $\frac{1}{3}$ poll.

Lamina subrecta, apice postico et submedio.

Dein etiam: Transact. of the zool. soc. of Lond. Vol. I. P. III. 1835. p. 205. et tab. XXIX. fig. 9.

Legit H. Cuming lapidibus et testis adhaerentem, ad Panamam et ad Muerte insulam.

Proceedings. 1834. p. 40.

30. Calyptraea squama *W. J. Broderip.*

C. testā suborbiculari, complanata, sublaevi, subtenui, pallide flava vel albida fusco-substrigata; intus subflava, vel subflava fusco strigata.

Long. 1 poll., lat. $\frac{11}{12}$ poll., alt. $\frac{1}{5}$ poll.

Lamina subrecta, apice postico et submedio.

Dein etiam: Transact. of the zool. soc. of Lond. Vol. I. P. III. 1835. p. 205. et tab. XXIX. fig. 10.

Legit H. Cuming sub lapidibus, ad Panamam.

Proceedings. 1834. p. 40.

b. (Calyptraeae!) Crepidulae unguiformis Lam.

Var. complanato-recurva. *(W. J. Brod.)*

Long. $1\frac{1}{4}$ poll., lat. $\frac{3}{4}$ poll.

Lamina subrecta, apice postico et submedio.

Dein etiam: Transact. of the zool. soc. of Lond. Vol. I. P. III. 1835. p. 204. et tab. XXIX. fig. 4.

Legit H. Cuming lateri interno ranellae vexilli.., r. caelatae Brod. aliarumque adhaerentem, ad insulam Chiloën et ad Panamam.

Proceedings. 1834. p. 39.

FAM. III. PATELLOIDEA Mke. (Branchifera Blainv.; Dicranobranchia Gray.)

55. FISSURELLA Lam. (fissurellus Montf.)

1. Fissurella maxima *G. B. Sowerby.*

F. testā ovato-oblonga, depressiuscula, crassa; intus alba, margine lato, undulato, pallescente, fusco-articulato; extus radiatim sulcata, rugosa, albido-cinerascente, fusco-radiata; apertura dorsali ovata.

Long. 5 poll., lat. 3·4 poll.

Legit H. Cuming ad rupes supermarinas et sub lapidibus, ad Valparaiso.

Proceedings. 1834. p. 123.

2. Fissurella grandis *G. B. Sowerby.*

F. testā ovato-oblonga, elevatiuscula, postice latiore, crassa; intus alba, margine latiusculo, subundulato, cinerascente; extus laevigata, purpureo-nigra, radiis numerosissimis saturatioribus; apertura dorsali majuscula, oblonga, extus latiore, antice subdeclivi.

Long. 4 poll., lat. 2·6 poll.

Legit H. Cuming sub lapidibus littoralibus, ad Valparaiso et ad insulam Chiloe.

Proceedings. 1834. p. 123.

3. Fissurella limbata *G. B. Sowerby.*

F. testā ovato-oblonga, depressiuscula, postice latiore, crassiuscula; intus alba, margine latiusculo, subundato, pallescente, linea interna purpureo-nigra; extus laevigata, rosaceo-fuscescente, radiis rufescentibus; apertura dorsali elongata, mediane subcoarctata.

Long. 3 poll., lat. 1·9 poll.

Animal G. B. Sowerby descripsit in libro suo Genera of Recent and Fossil Shells (l. n.), nomine f. pictae Lam., a qua tamen differt.

Legit H. Cuming rupibus supermarinis adhaerentem, ad Valparaiso.

Proceedings. 1834. p. 123.

4. Fissurella biradiata *Frembly mss. (G. B. Sowerby.)*

F. testā ovata, antice subacuminata, elevatiuscula, crassiuscula; intus alba, margine latiusculo, purpurascenti-fusco; extus radiatim striata, purpurascenti-fusca, plerumque radiis duobus (utroque latere unico) pallescentibus; apertura dorsali oblonga.

Long. 3·8 poll., lat. 2·7 poll.

Hab. sub lapidibus littoralibus ad Valparaiso, item ad Iquiqui Peruviae.

Proceedings. 1834. p. 124.

5. Fissurella lata *G. B. Sowerby.*

F. testā ovali elevatiuscula, crassiuscula; intus alba, margine latiusculo, pallescente, rosaceo-maculato; extus cinerascente, radiatim costellata, costellis subtuberculatis, radiis coloratis purpureo-rufis; apertura dorsali ovato-oblonga.

Long. 3·3 poll., lat. 2·5 poll.

Forma et colore valde similis f. pictae Lam.

Legit H. Cuming ad insulam Chilensem St. Mariae.

Proceedings. 1834. p. 124.

6. Fissurella pulchra *G. B. Sowerby.*

F. testā ovato-oblonga, depressa, antice angustiore, crassiuscula; intus alba, margine latiusculo, subundulato, purpurascenti-fusco; extus purpureo-cinerascente, radiis rufo-purpureis maculisque albis et violaceis concinne picta; apertura dorsali centrali, postice inclinata.

Var. testā tota extus purpurascenti-fusca, unicolore.

Long. 2·5 poll., lat. 1·6 poll.

Testa junior radiatim subcostellata.

Legit H. Cuming rupibus adhaerentem ad Valparaiso.

Proceedings. 1834. p. 124.

7. Fissurella oriens *G. B. Sowerby.*

F. testā ovato-oblonga, depressa, crassiuscula; intus alba, margine angustiore, plerumque pallescente; extus pallida,

fusco-nigro-vel roseo-radiata; apertura dorsali oblonga, mediane latiore.

Var. β: testā extus obsolete picta, margine interno paullo latiore.

Long. 2·7 poll., lat. 1·6 poll.

Legit H. Cuming sub lapidibus littoralibus ad insulam Chiloe — β rupibus adhaerentem, ad Valparaiso.

Proceedings. 1834. p. 124.

8. Fissurella Chilensis *G. B. Sowerby.*

F. testā elliptica, depressa, radiatim costellata, costellis rugosis; intus alba, margine lato, pallescente, nonnunquam fusco-maculato; extus cinerascente, radiis fuscis pallidis plerumque picta; apertura dorsali oblonga, subcentrali.

Long. 2·4 poll., lat. 1·8 poll.

Legit H. Cuming rupibus supermarinis adhaerentem, ad Valparaiso.

Proceedings. 1834. p. 124.

9. Fissurella obscura *G. B. Sowerby.*

F. testā ovato-oblonga, radiatim costata, costellis obtusis, latiusculis; intus virescente, margine undulato, crenulato pallidiore; extus coloribus variis radiatim picta, punctis nigris nonnullis prope aperturam dorsalem radiantibus; apertura dorsali subelongata, mediane latiore, rima interna rufo-marginata.

Long. 1·1 poll., lat. 0·7 poll.

Legit H. Cuming sub lapidibus littoralibus, ad insulas Gallapagos.

Proceedings. 1834. p. 125.

10. Fissurella virescens *G. B. Sowerby.*

F. testā ovata, elevatiuscula, radiatim costata et striata; intus virescente, margine pallidiore, undulato et crenulato; extus pallide virescente, fusco-virescenti obscure radiata, margine costellis crenato; apertura dorsali oblonga, extus utrinque coarctata.

Long. 1·8 poll., lat. 1·4 poll.

Legit H. Cuming ad Panamam.

Proceedings. 1834. p. 125.

11. Fissurella nigropunctata *G. B. Sowerby.*

F. testā ovata, elevatiuscula, antice angustiore, costellato-radiata; intus virescente, margine pallidiore, crenulato, nigro-punctato; extus pallide virescente, punctulis elongatis nigris confertim digestis radiata; apertura dorsali oblonga, lateribus extus subconnatis.

Var. β: testā intus alba; rima aperturae dorsalis nigromarginata.

Long. 1·6 poll., lat. 1·1 poll.

Legit H. Cuming ad insulas Gallapagos — β sub lapidibus littoralibus ad insulam Lobos.

Proceedings. 1834. p. 125.

12. Fisurella macrotrema *G. B. Sowerby.*

F. testā ovato-oblonga, elevatiuscula, antice angustiore, radiatim striata; intus virescente, margine nigro-variegato; extus plerumque virescente, rufo-fusco-vel nigrescenti-radiata; apertura dorsali elongata, lateribus extus coarctatis, utrinque unidentatis.

Var. β: testā extus purpurascenti-nigra.

Var. γ: testā extus virescente, radiis rufescentibus obscuris.

Var. δ: testā extus rosaceo-virescente, radiis rufis; aperturae dorsalis margine interno roseo.

Long. 1·4 poll., lat. 0·9 poll.

Legit H. Cuming α et β ad insulas Gallapagos; γ ad Lambeyeque; δ sub lapidibus littoralibus ad insulam Lobos.

Proceedings. 1834. p. 125.

13. Fissurella affinis *Gray* (mss. vel sermone??) *(G. B. Sowerby.)*

F. testā ovato-oblonga, elevatiuscula, antice angustiore, radiatim plus minusve muricatim striata, nonnunquam fere

laevigato-striata, plerumque purpurascenti-nigra; intus alba, margine angusto, nigricante; apertura dorsali parva, ovali.

Var β: testā rufescenti-nigra.

Long. 1·7 poll., lat. 1·2 poll.

Testae juniores pallidae, radiatim pictae.

Legit H. Cuming ad insulas Mexillones et Lobos et ad Iquiqui; β ad Valparaiso.

Proceedings. 1834. p. 125.

14. Fissurella microtrema *G. B. Sowerby.*

F. testā ovata, depressiuscula, radiatim scabroso-striata; intus virescente, margine angustissimo, nigricante; extus fusca, obscure subradiatim coloribus variis picta; apertura dorsali minima, margine limbi interni nigricante.

Long. 0·9 poll., lat. 0·6 poll.

Apertura dorsalis tam parva, colores vero tam obscuri, ut primo intuitu vix fissurella esse videtur.

Legit H. Cuming sub lapidibus, ad Real Llejos Americae centralis.

Proceedings. 1834. p. 125.

15. Fissurella inaequalis *G. B. Sowerby.*

F. testā oblonga, tenui, subdepressa, latere antico brevi, postico longo; intus albicante, margine albo-nigroque-vario, crenulato; extus radiatim striata, concinne decussata, olivacea albicanti-subradiatim variegata; apertura dorsali antica, oblonga utrinque bidentata.

Long. 1·1 poll., lat. 0·6 poll.

Legit H. Cuming sub lapidibus littoralibus, ad Guacomayo et ad insulas Gallapagos.

Proceedings. 1834. p. 126.

16. Fissurella pica *G. B. Sowerby.*

F. testā oblonga, tenui, subdepressa, latere antico brevi, postico longo; intus albicante, margine crenulato; extus radiatim striata, concinne decussata, albo-olivaceo variegata; apertura dorsali antica, elliptica, fere circulari, parva.

Var. testā albicante, radiatim olivaceo-fasciata.

Long. 1· poll., lat. 0·57 poll.

Legit H. Cuming testis emortuis adhaerentem ad St. Elenam et ad insulas Gallapagos.

Proceedings. 1834. p. 126.

a. Fissurella Chemnitzii *G. B. Sowerby.*

F. testā ovato-oblonga, depressiuscula, crassiuscula, lateribus subcompressis, extremitatibus levatis; intus alba, impressione musculari prope marginem conspicua; extus radiatim subsulcata, subdecussata, pallescente, roseo-subradiata; apertura dorsali magna, ovali, rima interna lata.

Long. 2·2 poll., lat. 1·4 poll.

Icon: Martini tom. I. tab. XI. fig. 100, quae a Lamarck ad F. Graecam Lam. citatur.

E collectione Tankerville; inde accepit H. Cuming. — Patria desideratur.

Proceedings. 1834. p. 126.

17. Fissurella latimarginata *G. B. Sowerby.*

F. testā ovato-oblonga, depressa, crassiuscula, antice angustiore; intus alba, margine lato rufescenti-nigro, crenulato; extus radiatim creberrime striata, rufescenti-nigra; apertura dorsali oblonga.

Long. 2·8 poll., lat. 1·8 poll.

Legit H. Cuming rupibus adhaerentem, ad Valparaiso et ad Iquiqui.

Proceedings. 1834. p. 126.

18. Fisurella trapezina *G. B. Sowerby.*

F. testā subtrapeziformi, rotundato-angulata, antice angustiore, depressa, extremitatibus lavatis; intus alba, impressione musculari prope marginem remota, margine incrassato; extus concentrice subsulcata, pallida, fusco-radiata; apertura dorsali magna, lata, antice latiore.

Long. 0·95 poll., lat. 0·8 poll.

Species rarissima.

In collectione societatis, pluribus inde annis. — Hab. ad caput Bonae Spei.

Proceedings. 1834. p. 126.

19. Fissurella aequalis *G. B. Sowerby.*

F. testā oblonga, depressa, extremitatibus fere aequalibus; intus alba, margine incrassato, impressione musculari prope marginem remota; extus laevi, albicante fusco-radiata, vel fusca albicanti-radiata; apertura dorsali magna, oblonga, lata.

Long. 0·85 poll., lat. 0·5 poll.

Legit H. Cuming testis cassis adhaerentem, ad St. Elenam.

Proceedings. 1834. p. 127.

20. Fissurella fulvescens *G. B. Sowerby.*

F. testā oblonga, depressa, fulvescente, extremitate antica angustiore; intus lactea, margine subincrassato, subreflexo; extus laevigata, radiatim substriata et rufo-picta; apertura oblonga, lateribus obsolete bidentatis.

Long. 1·6 poll., lat. 0·9 poll.

Legit H. Cuming sub lapidibus littoralibus, ad Valparaiso.

Proceedings. 1834. p. 127.

21. Fissurella nigrita *G. B. Sowerby.*

F. testā ovali, depressa, lateribus subcompressis, extremitatibus levatis; intus alba, marginibus postico lateralibusque incrassatis; extus nigra, radiatim striata; apertura dorsali magna, ovali, margine laevi, albo.

Long. 1· poll., lat. 0·6 poll.

Patria desideratur.

Proceedings. 1834. p. 127.

22. Fissurella aspera *G. B. Sowerby.*

F. testā ovali, altiuscula, aspera, postice longiore; intus cinerascente, margine albo, crenulato, extus costellis numerosis radiantibus decussatim muricatis; apertura dorsali circulari ante verticem elevatam posita.

Long. 1· poll., lat. 0·8 poll.

Legit H. Cuming ad Pacosmayo.

Proceedings. 1834. p. 127.

23. Fissurella asperella *G. B. Sowerby.*

F. testā ovali, depressiuscula, asperella; intus virescente, margine crenulato; extus cinerascente, striis numerosis radiantibus, radiisque coloratis rufo-cinerascentibus; apertura dorsali oblonga, dente utrinque extus elevato.

Long. 0·85 poll., lat. 0·5 poll.

Legit H. Cuming sub lapidibus littoralibus, ad insulam Lobos.

Proceedings. 1834. p. 127.

24. Fissurella mutabilis *G. B. Sowerby.*

F. testā ovato-oblonga, coloribus variis plerumque subradiatim picta, altiuscula, postice longiore; intus alba, margine laevi; extus radiatim striata; apertura dorsali ovato-elongata, medio plerumque latiore.

Long. 1· poll., lat. 0·55 poll.

E collectione defuncti G. Humphrey, signata „Brazil? Thalacker." — Hab. ad caput Bonae Spei.

Proceedings. 1834. p. 127.

25. Fissurella Panamensis *G. B. Sowerby.*

F. testā elliptica, elevata, decussata, postice longiore; intus lactescente, margine crenulato; extus costellis radiantibus decussatis, plerumque muricatis, albicante, cinerascenti-fusco varie picta; apertura dorsali minima, subovali.

Long. 0·6 poll., lat. 0·4 poll.

Legit H. Cuming testis cassis adhaerentem, ad Panamam.

Proceedings. 1834. p. 127.

26. Fissurella Ruppellii *G. B. Sowerby.*

F. testā oblongo-ovata, elevata, decussata, lateraliter subdepressa, postice longiore; intus alba, margine crenulato; extus albicante, radiis plerumque nigris, nonnunquam viridescenti-nigris, concinne picta, costis costellisque alternantibus submuricatis radiantibus ornata; apertura dorsali parva,

ovata, postice subquadrata, antice infra verticem posita, intus postice depressione distincta.

Long. 0·9 poll., lat. 0·6 poll.

E collectionibus defuncti G. Humphrey, et E. Rüppell, a quo accepit H. Cuming. — Hab. „ad insulam Nevis“ Powers; „in sinu Arabico“ Rüppell.

Proceedings. 1834. p. 128.

27. Fissurella clypeus *G. B. Sowerby.*

F. testā ovata, depressa, crassiuscula, pallescente, fuscescenti-nigro-radiata; intus alba, margine subcrenato, pallescente, nigro-articulato; extus radiatim subcorrugata; apertura dorsali oblonga.

Long. 1·15 poll., lat. 0·75 poll.

Legit H. Cuming ad St. Elenam.

Proceedings. 1834. p. 128.

28. Fissurella crenifera *G. B. Sowerby.*

F. testā ovato-oblonga, subdepressa, postice latiore, subquadrata; intus alba, margine incrassato, crenato et crenulato; extus radiatim costata et striata, radiatim varie picta, costis muricatis; apertura dorsali oblonga, mediane subcoarctata, extus dente duplicato laterali munita.

Long. 0·6 poll., lat. 0·3 poll.

Legit H. Cuming sub lapidibus littoralibus, ad Real Llejos.

Proceedings. 1834. p. 128.

ORD. IX. CYCLOBRANCHIA Mke.

SUBORD. I. RETIFERA Blainv.

FAM. I. PATELLACEA Mke.

56. PATELLA Linn. (goniclis Rafin.; patella et nacella Schum.; patellus et helcion Montf.)

1. Patella Reynaudi *G. P. Deshayes.*

P. testā ovata, tenui depressa, radiatim striata; striis inaequalibus subgranosis; apice obtuso, postico; marginibus in-

integris; facie interna margaritacea, disco alba; externa fasciis radiantibus, rubro-fuscis picta.

Long. 50 millim., lat 40 millim.

Plures dantur varietates, quarum una insignis radiis symmetricis et elegantibus.

Legit Ch. Bélanger ad Ceylanum insulam, et jam ante reportavere de Blosseville et Reynaud.

Bélanger voyage, zoologie. p. 411. et pl. II. fig. 11. 12.

FAM. incerta, cum animal ignotum sit.

LVII. SCUTELLA *W. J. Broderip.*

Testā ancyliformis, intus nitens. Apex posticus, medius, involutus. Impressiones musculares duae, oblongo-ovatae, laterales. Apertura magna, ovata. — Animal marinum.

Pertinet ad cyclobranchiata Cuv.; genus intermedium inter ancylum Geoff. et patellam L. Dorso aliquatenus similis navicellae Lam. et crepidulae Lam.

Nomen haud retinendum, novum substituendum est, cum prior Lamarck echinodermatum genus nomine scutellae insignitum constituerit.

Proceedings. 1834. p. 47.

1. Scutella crenulata *W. J. Broderip.*

Sc. testā subconica, cancellata, striis ab apice radiantibus exasperatis, alba; intus nitente; annulo marginali et margine crenulatis.

Long. $\frac{3}{4}$ poll., lat. $\frac{5}{6}$ poll., alt. $\frac{1}{3}$ poll.

Legit H. Cuming emortuam in arena corallina, procul ab aqua dulci, ad littus insulae Anäan (Chain Island).

Proceedings. 1834. p. 48.

2. Scutella iridescens *W. J. Broderip.*

Sc. testā oblongo-ovata, complanata, minutissime substriata, albo-et roseo-guttatim tessellata; intus iridescente, margine interno albo, roseo-maculato.

Long. $\frac{3}{10}$ poll., lat. $\frac{1}{5}$ poll., alt. $\frac{1}{10}$ poll.

Legit H. Cuming in Oceano Pacifico (Grimwood's Island).

Proceedings. 1834. p. 48.

3. Scutella rosea *W. J. Broderip.*

Sc. testā subconica, striata, alba, lineis flammulisque roseis ornata; intus nitente, interdum subiridescente.

Long. $\frac{1}{8}$ poll., lat. $\frac{1}{12}$ poll., alt. $\frac{1}{12}$ poll.

Formā aliaque ratione a sc. iridescente Brod. differt: attamen forsan ejusdum varietas.

Legit H. Cuming cum praecedente in Oceano Pacifico (Grimwood's Island).

Proceedings. 1834. p. 48.

SUBORD. II. POLYPLACOPHORA Mke. (Polyplaxiphora Blainv.; Crepidopoda Goldf.)

FAM. II. CHITONACEA Mke.

58. CHITON Linn. (gymnoplax Gray.)

1. Chiton Goodallii *W. J. Broderip.*

Ch. testā ovali, olivaceo-fusca; valvis terminalibus subradiatim granulosis, interne striatis; caeteris concentrice lineatis, interne medio serratis, arcis lateralibus subradiatim granulosis; limbo marginali granoso, olivaceo, caeruleo-viridi vario.

Long. 5 poll., lat. 3 poll.

Affinis ch. lato Sow. (olivaceo Frembl.) — Ligamentum marginis granosum.

Legit H. Cuming in mari ad insulas Gallapagos (James's Island).

Proceedings. 1832. p. 25.

2. Chiton Stokesii *W. J. Broderip.*

Ch. testā ovata, viridi-fusca, intus viridi-caerulea; valva antica posticaeque parte postica granoso-rugosis, intermediarum arcis lateralibus granoso-radiatis.

Long. $2\frac{1}{2}$ poll., lat. $1\frac{5}{8}$ poll.

Similis ch. sulcato . . — Ligamentum marginis granosum.

Legit H. Cuming ad oras portus St. Elenae in America meridionali.

Proceedings. 1832. p. 25.

3. Chiton subfuscus *G. B. Sowerby.*

Ch. testā ovali, subfusca, pallidiore varia, valvis terminalibus lineis subinterruptis concinnis radiatis; valvarum intermediarum areis lateralibus radiatim centralibus longitudinaliter subsulcatis; limbo granoso, granis externis majoribus.

Var. β: area intermedia valvarum laevi, parte centrali solum longitudinaliter subsulcata.

Long. $2\frac{5}{8}$ poll., lat. $1\frac{5}{8}$ poll.

Affinis ch. Goodallii Brod. — Ligamentum marginis granosum.

Legit H. Cuming ad littora Americae meridionalis (Island of Chiloe).

Proceedings. 1832. p. 26.

4. Chiton Lyellii *G. B. Sowerby.*

Ch. testā oblonga, nigro viridi roseoque varia; dorso elevatiusculo; valva antica radiatim subgranosa; areis lateralibus valvarum intermediarum radiatim obsolete granosis; limbo minutissime subgranoso, quasi velutino.

Long. $1\frac{1}{4}$ poll., lat. $\frac{3}{4}$ poll.

Ligamentum marginis subgranosum, quasi velutinum.

Legit H. Cuming in Polynesia (Pitcairn's Island).

Proceedings. 1832. p. 26.

5. Chiton luridus *G. B. Sowerby.*

Ch. testā oblonga, elevatiuscula, cinerea; valva antica, areis lateralibus valvarum intermediarum et valva postica scabroso-granulosis; areis centralibus valvarum intermediarum longitudinaliter sulcatis, interstitiis scabroso-granulosis.

Long. $1\frac{1}{5}$ poll., lat. $\frac{3}{5}$ poll.

Ligamentum marginis velutinum.

Legit H. Cuming ad littora St. Elenae in America meridionali.

Proceedings. 1832. p. 26.

6. Chiton limaciformis *G. B. Sowerby.*

Ch. testā elongata, limaciformi, variegata; dorso rotundato; lateribus anterioribus valvarum intermediarum emarginatis; valva antica, areis lateralibus valvarum intermediarum et postica parte valvae posticae longitudinaliter granulosis; areis centralibus longitudinaliter sulcatis.

Long. $1\frac{1}{2}$ poll., lat. $\frac{3}{5}$ poll.

Ligamentum marginis velutinum.

Legit H. Cuming ad oras Americae meridionalis (Inner Lobos Island in Central America).

Proceedings. 1832. p. 26.

7. Chiton Blainvillii *W. J. Broderip.*

Ch. testā subrotunda, valva antica obscure radiata, postica minima, abrupta, caeteris concentrice lineatis, rosea, albo fusco viridique varia, interne albida; limbo aurantio-rubro, postice valde angusto, antice enormiter producto, subrotundo, processibus coriaceis brevibus hinc et hinc (praecipue ad marginem anticum) lacinioso.

Long. 2 poll., lat. $1\frac{1}{2}$ poll.

Ligamentum marginis coriaceum.

Legit H. Cuming ad oras Peruvianas (Inner Lobos Island).

Proceedings. 1832. p. 27.

8. Chiton Elenensis *G. B. Sowerby.*

Ch. testā oblonga, pallida; dorso rotundato; valva antica radiatim sulcata; areis lateralibus valvarum intermediarum turgidis, unisulcatis; valva postica retusa, postice radiatim sulcata; areis centralibus valvarum intermediarum irregulariter sulcato-scabrosis; margine laevi.

Forte ch. Janeirensis . . var. Gray. (It is unquestionably a distinct species. Sow.)

Long. $\frac{3}{5}$ poll., lat. $\frac{3}{10}$ poll.

Ligamentum marginis coriaceum.

Legit H. Cuming ad portum St. Elenae et Panamae in America meridionali.

Proceedings. 1832. p. 27.

9. Chiton Swainsoni *G. B. Sowerby.*

Ch. testa oblongo-ovali, dorso elevatiusculo, castanea, albido lineata; valvis rotundatis; valva antica, area postica valvae posticae et areis lateralibus valvarum intermediarum leviter radiato-granulosis; areis medianis valvarum intermediarum longitudinaliter sulcatis.

Long. $1\frac{5}{8}$ poll., lat. 1 poll.

Colore similis ch. lineolato Frembl., discrepans sculptura. — Ligamentum marginis coriaceum.

Reperit H. Cuming cum mytilis L. et pectinibus Brug. ad oras Peruvianas (Iquiqui and Callao).

Proceedings. 1832. p. 27.

10. Chiton crenulatus *W. J. Broderip.*

Ch. testā oblonga, albido-rosea, lineis nigro-viridibus subconcentricis varia; valva antica subgranoso-radiata, postica retusa, caeteris granoso subconcentrice lineatis, medio externe carinatis, interne nigro-rubris; areis lateralibus granoso-biradiatis.

Long. $1\frac{7}{10}$ poll., lat. 1 poll.

Ligamentum marginis coriaceum.

Legit H. Cuming ad oras Panamae in America meridionali.

Proceedings. 1832. p. 27.

11. Chiton setosus *G. B. Sowerby.*

Ch. testā oblongo-ovali, cinereo-virescente, scabrosa; valva antica, areis lateralibus valvarum intermediarum et valva postica radiatim sulcatis; setis marginis breviusculis, confertis.

Long. $1\frac{3}{10}$ poll., lat. $\frac{3}{5}$ poll.

Similis ch. lanigero King. (zool. journ. V. p. 338.), distincta tamen species. — Ligamentum marginis setosum.

Legit H. Cuming ad oras Americae centralis (Guacomayo).

Proceedings. 1832. p. 27.

12. Chiton Frembleii *W. J. Broderip.*

Ch. testā oblonga, complanata, olivaceo-fusca, lineis

albido-viridibus varia; valvae anticae radiis elevatis subgranosis; intermediarum marginibus angulosis, areis lateralibus biradiatis, radiis subgranosis, interstitiis longitudinaliter subsulcatis; limbo setis brevibus frequentibus obsito.

Long. $1\frac{3}{4}$ poll., lat. 1 poll.

Affinis ch. setigero King. — Ligamentum marginis setosum.

Repperit H. Cuming in sinu Valparaiso.

Proceedings. 1832. p. 28.

13. Chiton scabriculus *G. B. Sowerby.*

Ch. testā ovali, planiuscula, cinerea, albido variegata; valva antica, areis lateralibus valvarum intermediarum et parte postica valvae posticae radiatim scabroso-lineatis; valvis intermediis et parte antica valvae posticae longitudinaliter sulcatis; limbo piloso, cinereo, rufo-articulato.

Long. $1\frac{3}{8}$ poll., lat. $\frac{7}{8}$ poll.

Ligamentum marginis pilosum.

Legit H. Cuming ad littora Americae centralis (Guacomayo and Puerto Portero).

Proceedings. 1832. p. 28.

14. Chiton retusus *G. B. Sowerby.*

Ch. testā oblonga, postice retusa, pallescente; valva antica, areis lateralibus valvarum intermediarum et valvae posticae area postica turgidis, radiato-sulcatis; areis centralibus valvarum intermediarum et area antica valvae posticae sulcato-asperis; ligamento marginis fasciculis pilorum minimis plurimis.

Long. $1\frac{1}{10}$ poll., lat. $\frac{9}{20}$ poll.

Ligamentum marginis fasciculato-pilosum.

Legit H. Cuming ad oras Americae centralis (Guacomayo and Puerto Portrero).

Proceedings. 1832. p. 28.

15. Chiton pusillus *G. B. Sowerby.*

Ch. testā minima, obovata, albicante; dorso elevato; valvis intermediis angustis, minutissime punctulatis, areis

lateralibus subdistinctis; valva postica majori, vertice centrali, postice inclinato.

Long. $\frac{1}{4}$ poll., lat. $\frac{1}{10}$ poll.

A ceteris generis speciebus posterioris valvae altitudine et vertice suo differt. — Ligamentum marginis laeve.

Legit H. Cuming ad littora Peruviae (Pacosmayo).

Proceedings. 1832. p. 57.

16. Chiton Grayii *G. B. Sowerby.*

Ch. testā oblonga, pallida, rufescenti fuscoque varia; valva antica, valvarum intermediarum areis lateralibus et valvae posticae area postica radiatim granoso-striatis; arearum lateralium marginibus anticis elevatis, posticis crenulatis; valvarum intermediarum areis centralibus et valvae posticae area antica oblique longitudinaliter granuloso-striatis; valvae tertiae, quartae, quintae, sextae et septimae medio longitudinaliter bisulcata.

Long. $1\frac{1}{5}$ poll., lat. $\frac{7}{10}$ poll.

Similis ch. crenulato Brod. — Ligamentum marginis laeve.

Legit H. Cuming in insula St. Laurentii in sinu Callao Peruviae.

Proceedings. 1832. p. 57.

17. Chiton Chiloensis *G. B. Sowerby.*

Ch. testā oblonga, laevi, coloribus luridis varia; valva antica, valvarum intermediarum areis lateralibus et valvae posticae area postica radiatim punctato-striatis; valvarum intermediarum areis centralibus et valvae posticae area antica longitudinaliter puctato-striatis: valvis sex posticis prope medium longitudinaliter sulcatis.

Long. $2\frac{1}{2}$ poll., lat. $1\frac{4}{5}$ poll.

Similis ch. Chilensi Frembl., sed vere distinctus. — Ligamentum marginis laeve.

Legit H. Cuming sub lapidibus ad littora insulae Chiloe.

Proceedings. 1832. p. 58.

18. Chiton roseus *G. B. Sowerby.*

Ch. testā ovato-oblonga, laevi, rosea; dorso rotundato;

valva antica et valvarum intermediarum areis lateralibus longitudinaliter, areis centralibus transversim sulcatis; valvae posticae vertice centrali, sulcis concentricis.

Long. $\frac{7}{10}$ poll., lat. $\frac{3}{10}$ poll.

Ligamentum marginis laeve.

Legit H. Cuming ad insulam Plata Columbiae occidentalis.

Proceedings. 1832. p. 58.

19. Chiton dispar *G. B. Sowerby.*

Ch. testā ovali, laevigata, cinerea, albido nigroque varia; valvarum areis centralibus laevibus, postice longitudinaliter subsulcatis; valva antica, valvarum intermediarum areis lateralibus et valvae posticae area postica granulosis.

Long. 1 poll., lat. $\frac{1}{2}$ poll.

Areae centrales prorsus laeves, laterales granulis obsitae: inde nomen. — Ligamentum marginis granosum.

Legit H. Cuming sub lapidibus ad littora insulae Saboga in sinu Panamae.

Proceedings. 1832. p. 58.

20. Chiton rugulatus *G. B. Sowerby.*

Ch. testā oblonga, laevigatiuscula, olivacea, albicanti-varia; valva antica, valvarum intermediarum areis lateralibus et valvae posticae parte postica concentrice undulato-rugulosis; areis centralibus laevibus, marginibus rugulosis.

Long. $\frac{4}{5}$ poll., lat. $\frac{2}{5}$ poll.

Ligamentum marginis granosum.

Legit H. Cuming ad oras Americae centralis (Puerto Portrero and inner Lobos Island).

Proceedings. 1832. p. 58.

21. Chiton Columbiensis *G. B. Sowerby.*

Ch. testā ovata, depressiuscula, cinerascente; valva antica, valvarum intermediarum areis lateralibus et valvae posticae area postica sparsim granulosis; intermediarum areis centralibus et posticae area antica longitudinaliter granoso-lineatis.

Long. $1\frac{1}{4}$ poll., lat. $\frac{3}{4}$ poll.

Ligamentum marginis granosum.

Legit H. Cuming in sinu Panamae.

Proceedings. 1832. p. 58.

22. Chiton punctulatissimus *G. B. Sowerby.*

Ch. testā ovato-oblonga, laevi, coloribus variis picta; valvis omnibus omnino minutissime punctulatis, squamulis marginalibus perexiguis.

Var. alba nigraque raro obvenit.

Long. $\frac{7}{10}$ poll., lat. $\frac{2}{5}$ poll.

Ligamentum marginis granosum.

Legit H. Cuming ad oras Americae meridionalis (Bays of Mexillones, Iquiqui, and Arica).

Proceedings. 1832. p. 58.

23. Chiton hirudiniformis *G. B. Sowerby.*

Ch. testā oblonga, planiuscula, nigrescenti-viridi; valvis rotundatis, granulosis; valvarum areis centralibus elongatis, postice acuminatis, laeviusculis; margine densissime pilosa, quasi velutina, fasciculis pilorum novem, concoloribus.

Long. 1 poll., lat. $\frac{11}{20}$ poll.

Ligamentum marginis velutinum et fasciculatum.

Legit H. Cuming ad littora Peruviae (Ancon, Lobos Island, Payta), et ad insulas Gallapagos (Chatham Island).

Proceedings. 1832. p. 59.

24. Chiton laevigatus *G. B. Sowerby.*

Ch. testā ovato-oblonga, planiuscula, laevigata, subfusca, nigro rufoque longitudinaliter variegata; carina marginali obtusa, elevatiuscula inter areas laterales et centrales valvarum intermediarum.

Long. $1\frac{3}{5}$ poll., lat. $\frac{9}{10}$ poll.

Ligamentum marginis squamosum.

Reperit Ealing sub lapidibus in sinu Californiensi. (At Guaymas.)

Proceedings. 1832. p. 59.

25. Chiton articulatus *G. B. Sowerby.*

Ch. testā ovata, laevigata, viridescenti-fusca, pallescenti longitudinaliter variegata; dorso elevatiusculo, rotundato, carina marginali inter areas laterales et centrales valvarum intermediarum fere obliterata; limbo olivaceo pallide articulato.

Long. $2\frac{1}{10}$ poll., lat. $1\frac{9}{20}$ poll.

Aliquatenus similis ch. laevigato Sow. — Ligamentum marginis squamosum.

Legit H. Cuming sub lapidibus in sinu Californiensi (St. Blas).

Proceedings. 1832. p. 59.

26. Chiton bipunctatus *G. B. Sowerby.*

Ch. testā ovata, laevi, virescente, nigro albidoque varia; margine concolori, plerumque macula alba utrinque inter valvam primam et secundam posita.

Long. $\frac{1}{2}$ poll., lat. $\frac{1}{4}$ poll.

Color variat nigrescens, lucide viridis, ac belle variegatus. — Ligamentum marginis laeve.

Legit H. Cuming ad oras Peruviae (Inner Lobos Island).

Proceedings. 1832. p. 104.

27. Chiton exiguus *G. B. Sowerby.*

Ch. testā oblonga, minima, rufescente, angusta; valvarum intermediarum carina dorsali latissima, trigona, margine sulcata; arearum lateralium margine distincta.

Long. $\frac{1}{6}$ poll., lat. $\frac{1}{18}$ poll.

Species hucusque minima. — Ligamentum marginis laeve.

Legit H. Cuming ostreae L. testae adhaerentem, in Polynesia (Lord Hood's Island).

Proceedings. 1832. p. 104.

28. Chiton catenulatus *G. B. Sowerby.*

Ch. testā oblonga, pallida, virescenti-varia; valva antica, valvarum intermediarum areis lateralibus et valvae posticae parte postica radiatim granulosis; intermediarum

areis centralibus et posticae area antica longitudinaliter scabroso-sulcatis.

Long. $\frac{7}{12}$ poll., lat. $\frac{1}{4}$ poll.

Habitus ch. luridi Sow. — Ligamentum marginis laeve.

Legit H. Cuming ad oras Peruviae (Inner Lobos Island).

Proceedings. 1832. p. 104.

29. Chiton graniferus *G. B. Sowerby.*

Ch. testā ovata, castanea, nigro albidoque varia; dorso elevato; valva antica radiatim granosa; valvae posticae parte postica et valvarum intermediarum areis lateralibus subradiatim graniferis; areis centralibus longitudinaliter granoso-lineatis.

Long. 1 poll., lat. $\frac{7}{12}$ pol.

Ligamentum marginis laeve.

Legit H. Cuming ad testam mytili L., ad oras Chiliae.

Proceedings. 1832. p. 104.

30. Chiton stramineus *G. B. Sowerby.*

Ch. testā ovata, laevi, pallide straminea; dorso rotundato; squamulis marginalibus sparsis.

Long. $\frac{5}{12}$ poll., lat. $\frac{1}{4}$ poll.

Ligamentum marginis squamosum.

Legit H. Cuming ad insulam Chiloe Chilensium.

Proceedings. 1832. p. 104.

31. Chiton pusio *G. B. Sowerby.*

Ch. testā ovali, laevigata, olivacea, punctulis viridibus numerosis ornata; valvarum marginibus anticis lateribusque rugulosis.

Long. $\frac{1}{2}$ poll., lat. $\frac{3}{10}$ poll.

Ligamentum marginis squamosum.

Legit H. Cuming testae amphidesmatis solidi Gray adhaerentem, ad Valparaisam.

Proceedings. 1832. p. 105.

ORD. (Blainv.)

FAM. (Goldf.) CIRRHOBRANCHIA.

59. DENTALIUM Linn.

1. Dentalium splendidum *G. B. Sowerby.*

D. testā tenui, polita, basi carnea, apice majori lactea; apertura postica fissuris duabus, altera dorsali, altera ventrali.

Long. $1\frac{4}{5}$ poll., lat. $\frac{3}{20}$ poll.

Legit H. Cuming ad oras Americae meridionalis (Xipixapi, West Columbia).

Proceedings. 1832. p. 29.

2. Dentalium tesseragonum *G. B. Sowerby.*

D. testā tenui, lactea, laevi, primum tetragona, ob angulos evanescentes dein cylindrica; lineis incrementi tenuissimis annulos subhyalinos efformantibus.

Var. β: angulis indistinctis; lineis incrementi annulos efformantibus.

Long. $\frac{4}{5}$ poll., lat. $\frac{1}{10}$ poll.

Legit H. Cuming ad oras Americae centralis (Gulf of Nocoiyo and Puerto Portrero; also Xipixapi).

Proceedings. 1832. p. 29.

3. Dentalium quadrangulare *G. B. Sowerby.*

D. testā parvula, alba, quadrangulari, angulis acutiusculis, interstitiis striatis; apertura tetragona.

Long. $\frac{4}{5}$ poll., lat. $\frac{3}{20}$ poll.

Color variat in lacteum, luteolum vel rubidum.

Legit H. Cuming ad oras Americae meridionalis (Xipixapi).

Proceedings. 1832. p. 29.

4. Dentalium perpusillum *G. B. Sowerby.*

D. testā minima, tenui, angusta, curva, polita, alba; apice acuto; apertura coarctata, obliqua.

Long. $\frac{3}{10}$ poll., lat. $\frac{1}{30}$ poll.

Proxime huc accedit d. Gadus Montag., attamen diversum.

Legit H. Cuming ad oras Americae meridionalis (Puerto Salango, West Columbia).

Proceedings. 1832. p. 29.

5. Dentalium semistriolatum *Lansdown Guilding.* (posthum.)

D. testā niveo-vitrea, apice acuta, fusca, antice laevigata, postice longitudinaliter creberrime striolata.

Var. β: testā candido-pulchre undulato-cincta.

Long. $1\frac{3}{12}$ unc., diam. $\frac{1}{12}$ unc.

Testa apice fissurata. — Animal lacteum, abdomine diaphano pallido, branchiis? lividis.

Hab. in arenosis Oceani Caribaei.

Transactions of the Linnean soc. nr. V. p. 34. et tab. III. fig. 1 — 5; β fig. 6.

6. Dentalium Sowerbyi *Lansdown Guilding.* (posthum.)

D. testā parvula, sublaevigata, transversim indistincte subplicatula, apice tubifera.

Long. $\frac{18}{24}$ unc.

Testa quasi postice tubo duplicato, nec monstrosa. — Animal ignotum.

Hab. in arenosis Oceani Caribaei.

Transactions of the Linnean soc. nr. V. p. 35. et tab. III. fig. 7.

SECT. II.

ACEPHALA Mke.

CLASS. II.

BRACHIOPODA Mke. (Palliobranchiata Blainv.; Spirobrachiophora Gray.)

FAM. I. LINGULACEA Mke.

60. LINGULA Brug.

1. Lingula Audebardii *W. J. Broderip.*

L. testā oblonga, glabra, cornea, pallide flava, viridi transversim picta, limbo anteriore rotundato, viridi.

Long. $1\frac{1}{4}$ poll., lat. $\frac{5}{12}$ poll.

Legit H. Cuming ad insulam Punam (Bay of Guayaquil).

Proceedings. 1833. p. 125.

2. Lingula semen *W. J. Broderip.*

L. testā ovato-oblonga, crassiuscula, plana, albida, laevissima, polita, limbo anteriore rotundato.

Long. $\frac{1}{3}$ poll., lat. $\frac{1}{6}$ poll.

Specimen, secundum quod haec mensura, juvene esse videtur: dixit H. Cuming, se reperisse alterum linea longius, casu amissum.

Legit H. Cuming ad insulam Platam Columbiae occidentalis.

Proceedings. 1833. p. 125.

FAM. II. TEREBRATULACEA Mke.

61. TEREBRATULA Dalm.

1. Terebratula Chilensis *W. J. Broderip.*

T. testā suborbiculari, gibba, albente, radiatim striata, striis latioribus, margine subcrenulato, subflexuoso.

Long. $1\frac{1}{4}$ poll., lat. $1\frac{2}{7}$ poll., crass. $\frac{5}{8}$ poll.

Variat magnitudine et habitu. Striae in adultioribus sensim magis evanescunt.

Legit H. Cuming adultas rupibus, juniores corallinis et fucis adhaerentes, in sinu Valparaiso.

Proceedings. 1833. p. 124.

2. Terebratula uva *W. J. Broderip.*

T. testā ovato-oblonga, ventricosa, subglabra, subdiaphana, lineis concentricis substriata; valva perforata, subelongata.

Long. 1 poll., lat. $\frac{5}{8}$ poll., crass. $\frac{7}{12}$ poll.

Legit Dare in sinu Tehuantepec.

Proceedings. 1833. p. 124.

FAM. III. CRANIACEA Mke.

62. ORBICULA Cuv. (discina Lam.)

1. Orbicula lamellosa *W. J. Broderip.*

Orb. testā cornea, fusca, suborbiculari, subdepressa, lamellis concentricis elevatis rugosa.

Long. $1\frac{1}{10}$ poll., lat. 1 poll.

Legit H. Cuming gregatim aliis testis adhaerentem, ad oras Peruviae (Iquiqui; Bay of Ancon).

Proceedings. 1833. p. 124.

2. Orbicula Cumingii *W. J. Broderip.*

Orb. testā subconica, suborbiculari, crassiuscula, striis ab apice radiantibus, numerosis; epidermide fusca.

Long. $\frac{7}{10}$ poll., lat. $\frac{2}{3}$ poll.

Similis orb. striatae Sow. (transa. of the Linn. soc.)

Legit H. Cuming ad Paytam Peruviae, ad St. Elenam, et ad Panamam.

Proceedings. 1833. p. 124.

CLASS. III.

ELETOBRANCHIA Mke. (Lamellibranchiata Blainv.; Polecypoda Goldf.; Conchifera Lam.)

ORD. I. OSTRACEA Mke.

SUBORD. I. MONOMYA Mke.

FAM. I. OSTRACEA Mke.

LXIII. PLACUNANOMIA *W. J. Broderip.*

Testa adhaerens, subaequivalvis, irregularis, complanata, marginem versus plicata, interne vitrea. Cardo internus, dentibus duobus elongatis, crassis, subcurvis, divaricatis, basi convergentibus in valva inferiore, sulcis duobus ligamentiferis in superiore. Valva inferior cardinem versus superficialiter irregulariter externe fissurata, organo adhaesionis subosseo inter testae laminas inserto et externe fissuram implente. Impressio muscularis in utraque valva subcentralis. In valva superiore organi adhaesionis impressio superaddita.

Genus ostreae L., plicatulae Lam., placunae Brug., ac anomiae L. aliquatenus affine et intermedium.

Proceedings. 1832. p. 28.

1. Placunanomia Cumingii *W. J. Broderip.*

Pl. testā subrotunda, obscure argenteo-albida, complanata; margine plicato, plicis maximis.

Long. $2\frac{1}{2}$ poll , lat. $\frac{7}{10}$ poll., alt. $2\frac{3}{4}$ poll.

Legit H. Cuming ad oras Americae centralis (Gulf of Dulce, province of Costa Rico).

Proceedings. 1832. p. 29.

2. Placunanomia rudis *W. J. Broderip.*

Pl. testā sordide alba, crassa, concentrice irregulariter corrugata, intus nitide polita.

Long. $1\frac{3}{4}$ poll., lat. $\frac{5}{8}$ poll., alt. $1\frac{7}{8}$ poll.

Ostreae edulis L. speciem refert.

Legit

Legit H. Cuming spondylo croceo Lam. adhaerentem, in India occidentali.

Proceedings. 1834. p. 2.

3. Placunanomia foliata *W. J. Broderip.*

Pl. testā subdiaphana, subcirculari, rudi, subfoliata, sordide alba, intus splendente; valvae superioris medio purpureo-fusco.

Long. $1\frac{5}{8}$ poll., lat. $\frac{1}{3}$ poll., alt. $1\frac{7}{8}$ poll.

Legit H. Cuming mortuae pinnae L. adhaerentem, in sinu Guayaquil Columbiae occidentalis (Isle of Muerte).

Proceedings. 1834. p. 2.

4. Placunanomia echinata *W. J. Broderip.*

Pl. testā subtumida, valva superiore seriatim echinata, limbo purpurascente.

Long. $1\frac{1}{4}$ poll., lat. .. poll., alt. $1\frac{1}{8}$ poll.

Legit Powers testis adhaerentem, ad insulam Nevis.

Proceedings. 1834. p. 2.

FAM. II. PECTINEA Mkc. (Subostracea Blainv.)

64. SPONDYLUS Linn.

1. Spondylus princeps *W. J. Broderip.*

Sp. testā rotundata, sexcostata, rubra, spinosa, spinis lingulatis, latis; costis interstitialibus quinque spinosis, spinis brevioribus; intus alba, limbo lato profunde plicato, rubro.

Long. $5\frac{1}{8}$ poll., lat. 3 poll., alt. 5 poll. (spinis haud inclusis).

Legit H. Cuming ad insulam Platam Columbiae occidentalis.

Proceedings. 1833. p. 4.

2. Spondylus dubius *W. J. Broderip.*

Sp. testā subrotundata, crocea, sexcostata, costis interstitialibus numerosis, spinis frequentibus, brevibus, sub-

arcuatis; intus alba, limbo lato plicato croceo, plicis numerosis.

Forsan varietas est sp. principis Brod.

Long. $4\frac{7}{8}$ poll., lat. $2\frac{1}{8}$ poll., alt. $4\frac{1}{2}$ poll. (spinis inclusis).

Legit H. Cuming in America centrali (Gulf of Tehuantepec).

Proceedings. 1833. p. 4.

3. Spondylus leucacantha *W. J. Broderip.*

Sp. testā rotundata, sexcostata, spinosa, subcrocea, spinis sublingulatis, subreflexis, longioribus, albis; interstitiis striatis; costis interstitialibus tribus (media maxima) spinosis, spinis brevioribus; intus alba, limbo angusto, pallide subcroceo.

Long. $2\frac{1}{8}$ poll., lat. $1\frac{1}{8}$ poll., alt. $2\frac{3}{8}$ poll. (spinis exclusis).

Spinae infra subcanaliculatae sunt.

Legit H. Cuming ad Platam insulam.

Proceedings. 1833. p. 5.

4. Spondylus aculeatus *W. J. Broderip.*

Sp. testā rotundata, planiuscula, alba, spinis aculeatis, subrecurvis, frequentibus, gracilibus horrida.

Long. 1 poll., lat. $\frac{3}{8}$ poll., alt. 1 poll. (spinis exclusis).

Legit H. Cuming in Oceano Pacifico (Lord Hood's Island).

Proceedings. 1833. p. 5.

65. PECTEN Brug.

1. Pecten Indicus *G. P. Deshayes.*

P. testā orbiculata, depressa, radiatim sulcata, rubro-aurantia, maculis albis ornata; auriculis inaequalibus, majoribus sulcatis, interstitiis striatis; costis subsquamosis.

Diam. 55 millim.

Analogus p. senatorio Lam. et p. aurantio Lam.

Legit Ch. Bélanger ad Ceylanum insulam et in toto fere Oceano Indico.

Bélanger voyage, zoologie. p. 410. et pl. III. fig. 5.

SUBORD. II. DIMYA Mke.

FAM. IV. AVICULACEA Mke. (Margaritacea Blainv.)

66. CRENATULA Lam.

1. „Crenatula Travisii *(W.) Turton.*"

Cr. testā rhombea, inferne rotundata, pellucida, albida, vittis longitudinalibus interruptis pallide violaceis; margine antico incurvato.

Long. fere 1 poll., lat. complete $\frac{1}{2}$ poll.

Nominis auctoritatem auctor sibi vindicat, quamquam addit, (W.) Bean nomen hocce dedisse; interim praesumo, Bean tantum in collectione sua id adscripsisse: attamen omnino auctoris erat, de hoc rationem reddere!

E collectione W. Bean. — Hab. ad Scarborough in Britannia.

London, magazine of nat. hist. art. VIII. p. 350. et icon lign. adpos.

FAM. V. ARCACEA Mke. (Polyodonta Blainv.

67. ARCA Linn. (cyphoxis Rafin.; arca et trisis Oken.)

1. Arca tuberculosa *G. B. Sowerby.*

Arc. testā ovali, turgida, obliqua, subaurita, radiatim costata, costis numerosis, sparsim tuberculiferis, antice praesertim; umbonibus proximis; area ligamentifera angusta; latere antico breviore.

Long. 2·8 poll., lat. 2·1 poll., alt. 2·2 poll.

Testa exceptis umbonibus tecta est epidermide crassa, obscure brunnea. — Testa aequivalvis.

Legit H. Cuming ad Real Llejos.

Proceedings. 1833. p. 19.

2. Arca nux *G. B. Sowerby.*

Arc. testā obliqua, turgida, inaequivalvi, radiatim costata; valvae dextralis costis anticis graniferis, sinistralis costis omnibus graniferis; umbonibus distantibus, prominentibus; epidermide fusca, cornea, tenui, ad posticam costarum partem setigera.

Long. 0·7 poll., lat. 0·6 poll., alt. 0·65 poll.

Supra testa aequivalvis esse, in diagnosi inaequivalvis refertur!?

Legit H. Cuming ad Xipixapi.

Proceedings. 1833. p. 19.

3. Arca reversa *J. E. Gray* (manuscr.?) *(G. B. Sowerby).*

Arc. testā obliqua, turgida, radiatim costata, costis rugulosis; latere postico longiore, rotundato, antico breviore, oblique truncato; umbonibus approximatis; area ligamentifera angusta, omnino postica; epidermide fusca, crassa, hirsuta.

Long. 1·15 poll., lat. 0·8 poll., alt. 0·9 poll.

Testa aequivalvis.

E collectione Foy. — Hab. in Peruvia.

Proceedings. 1833. p. 20.

4. Arca concinna *G. B. Sowerby.*

Arc. testā oblonga, inaequivalvi, alba, radiatim costata, costis anticis rugulosis, interstitiis decussatis; latere antico breviore, superne angulato; latere postico pone angulum inconspicuum productiore; area ligamenti angusta, antice utrinque crenulata; ligamento postico; epidermide olivacea, ad sulcos antice posticeque spinifera.

Long. 1·15 poll., lat. 0·5 poll., alt. 0·65 poll.

Supra testa aequivalvis dicitur: in diagnosi inaequivalvis refertur!?

Legit H. Cuming in America centrali (Gulf of Necoiyo).

Proceedings. 1833. p. 20.

5. Arca emarginata *G. B. Sowerby.*

Arc. testā oblonga, subcylindracea, inaequivalvi, alba, radiatim costata; latere antico brevi, costis angustioribus, rugulosis; latere postico elongato, costis latioribus, laevibus; margine postica superiore emarginata; area ligamenti angusta; epidermide fusca, ad sulcos setosa.

Long. 1·6 poll., lat. 0·7 poll., alt. 0·8 poll.

Supra testa aequivalvis, in diagnosi inaequivalvis dicitur!?

Legit H. Cuming ad littora maris Pacifici (Atacamas, Real Llejos, Xipixapi, Panama, Gulf of California).

Proceedings. 1833. p. 20.

6. Arca formosa *G. B. Sowerby.*

Arc. testā oblonga, subcylindrica, albicante, radiatim costata, epidermide fusca, squamoso-setosa obtecta; costis numerosis, planulatis, anterioribus duplicatis; margine cardinali utraque angulata; latere antico breviore; area cardinali elongata, latiuscula.

Long. 4·8 poll., lat. 2·3 poll., alt. 2·3 poll.

Similis arc. scaphae Lam. — Testa aequivalvis.

Legit H. Cuming in America centrali (Gulf of Tehuantepec).

Proceedings. 1833. p. 20.

7. Arca auriculata *G. B. Sowerby.*

Arc. testā oblonga, alba, radiatim costata, epidermide fusca squamoso-setosa obtecta; margine cardinali utraque, praecipue postice, auriculata.

Long. 1·2 poll., lat. 0·6 poll., alt. 0·65 poll.

Testa aequivalvis.

Legit H. Cuming ad St. Elenam.

Proceedings. 1833. p. 20.

8. Arca biangulata *G. B. Sowerby.*

Arc. testā oblonga, ventricosa, alba, radiatim costata, epidermide fusca setosa induta; margine dorsali antice acute, postice obtuse angulata; latere antico breviore, altiore, postico subacuminato, margine laterali declivi; area ligamenti elongata, antice latiore, plana.

Long. 2· poll., lat. 1·2 poll., alt. 1·3 poll.

Testa aequivalvis.

Legit H. Cuming ad littora Columbiae occidentalis (Atacamas).

Proceedings. 1833. p. 21.

9. Arca multicostata *G. B. Sowerby.*

Arc. testā ovato-rhombea, alba, radiatim multicostata, epidermide fusca subvelutina induta; latere antico superne angulato, subtus rotundato, postico superne angulato; margine laterali declivi; carina rotundata ex umbone ad marginem inferam posticam decurrente; costis rotundatis, minutissime decussatis, anticis subgranosis; sulcis rotundatis; area ligamenti latiuscula.

Long. 2·8 poll., lat. 2·1 poll., alt. 2·4 poll.

Testa aequivalvis.

Legit H. Cuming ad oras Americae centralis (Gulf of Tehuantepec).

Proceedings. 1833. p. 21.

10. Arca obesa *G. B. Sowerby.*

Arc. testā ovata, ventricosa, alba, radiatim costata, epidermide fusca squamosa obtecta; costis numerosis, confertis, planulatis, laevibus; latere antico breviore, postico subangulato; area cardinali breviuscula, angusta.

Long. 1·55 poll., lat. 1·1 poll., alt. 1·1 poll.

Testa inaequivalvis.

Legit H. Cuming in Columbia occidentali (Atacamas).

Proceedings. 1833. p. 21.

11. Arca labiata *G. B. Sowerby.*

Arc. testā brevi, quadrato-globosa, alba, radiatim costata; costis anticis, valvae majoris praecipue, rugulosis, posticis latioribus laevibus, omnibus planulatis; latere antico breviore, rotundato, postico longiore, subangulato; area ligamenti lata, rhomboidea; epidermide fusca.

Long. 1·2 poll., lat. 1· poll., alt. 1·1 poll.

Testa inaequivalvis.

Legit H. Cuming ad Real Llejos et ad Tumbez.

Proceedings. 1833. p. 21.

12. Arca labiosa *G. B. Sowerby.*

Arc. testā brevi, quadrato-globosa, albicante, radiatim costata, costis anticis, valvae majoris praecipue, granosis,

posticis laevibus; latere antico breviore, superne angulato, infra rotundato; postico longiore subangulato; area ligamenti angusta; epidermide tenui, fusca.

Long. 1·45 poll., lat. 0·9 poll., alt. 1·15 poll.

Testa inaequivalvis.

Legit H. Cuming ad Tumbez Peruviae.

Proceedings. 1833. p. 21.

13. Arca quadrilatera *G. B. Sowerby.*

Arc. testā quadrangulari, ventricosa, albicante, radiatim costata, epidermide olivacea induta; lateribus superne angulatis, antico supra rotundato, postico infra obtuse angulato; costis rotundatis; area ligamenti angusta.

Long. 1· poll., lat. 0·7 poll., alt. 0·85 poll.

Testa inaequivalvis.

Legit H. Cuming ad Real Llejos.

Proceedings. 1833. p. 22.

14. Arca brevifrons *G. B. Sowerby.*

Arc. testā oblonga, radiatim costata, alba, epidermide fusca, interstitiorum setosa, induta; latere antico brevi, postico latiore, longiusculo; margine dorsali postice angulata; costis planulatis; area ligamenti obsoleta.

Long. 1·25 poll., lat. 0·6 poll., alt. 0·75 poll.

Testa inaequivalvis.

Legit H. Cuming ad Tumbez Peruviae.

Proceedings. 1833. p. 22.

15. Arca cardiiformis *G. B. Sowerby.*

Arc. testā subovali, ventricosa, albida, radiatim costata, costis anticis rugulosis, caeteris laevibus, interstitiis valvae majoris angustissimis, minoris latiusculis; latere antico rotundato, postico subtus angulato; margine laterali declivi; area ligamenti parva, subaequali.

Long. 2· poll., lat. 1·5 poll., alt. 1·7 poll.

Testa inaequivalvis.

Legit H. Cuming in sinu Californiensi (at San Blas).

Proceedings. 1833. p. 22.

68. BYSSOARCA Swains.

1. Byssoarca lithodomus *G. B. Sowerby.*

B. testā elongata, cuneiformi, subcylindracea, (utplurimum erosa,) concinne decussato-striata; latere antico breviore, oblique truncato, postico elongato, declivi, rotundato-acuminato; area ligamenti profunda, ligamento antice in angulum obtusum desinente; epidermide denticulata, ad angulum anticum subfoliacea, conspicua.

Long. 3·5 poll., lat. 0·9 poll., alt. 1 poll.

Legit H. Cuming in lapidum foraminibus (a pholade L. sculptis?), ad montem Christi.

Proceedings. 1833. p. 16.

2. Byssoarca Pacifica *G. B. Sowerby.*

B. testā oblonga, pallida, brunneo varie strigata, radiatim costata, medio coarctata, costis minoribus; umbonibus remotissimis; latere antico breviore, superne acuminato, costis plerumque majoribus, rugosis, margine ventrali declivi; latere postico maximo, postice emarginato, carina obtusa ex umbone ad marginem ventralem decurrente; area ligamenti maxima, marginibus latis, margine ventrali hiatu byssi magno.

Long. 4· poll., lat. 2·5 poll., alt. 2·3 poll.

Legit H. Cuming magnis fasciculis bysso conjunctas ad St. Elenam.

Proceedings. 1833. p. 17.

3. Byssoarca alternata *G. B. Sowerby.*

B. testā oblonga, subcylindracea, pallide brunnea, radiatim striata, antice posticeque profunde sulcata; latere antico brevissimo, superne obtuse angulato, infra rotundato; postico elongato, costis duabus validis ex umbone ad marginem ventralem posticam decurrentibus, costis posticis validis rugosis; dentibus marginalibus posticis alternantibus; area ligamenti angusta, antice latiore.

Long. 1·4 poll., lat. 0·7 poll., alt. 0·6 poll.

Legit H. Cuming lapidibus et rupibus submarinis adhaerentem in Columbia occidentali.

Proceedings. 1833. p. 17.

4. Byssoarca maculata *G. B. Sowerby.*

B. testā oblonga, subrhomboidea, obliqua, decussatim striata, pallida; area postica fusco-maculata; latere antico parvo, superne angulato, latere postico longiore, superne angulato, carina valida ex umbone ad marginem inferam et posticam decurrente; area ligamenti lata; umbonibus incurvis.

Long. 1·35 poll., lat. 0·75 poll., alt. 0·8 poll.

Epidermis tenuis, pallida.

Legit H. Cuming meleagrinae margaritiferae Lam. testis adhaerentem, ad insulas Oceani Pacifici.

Proceedings. 1833. p. 17.

5. Byssoarca mutabilis *G. B. Sowerby.*

B. testā oblonga, pallide fusca, decussatim striata; latere antico plerumque breviore, nonnunquam subaequali, superne angulato, subtus rotundato; postico longiusculo, superne angulato, carina ex umbone ad marginem inferam et posticam decurrente; area postica sulcis majoribus decussatis.

Long. 1·9 poll., lat. 1·1 poll., alt. 0·9 poll.

Legit H. Cuming sub lapidibus, in Columbia occidentali (Isle of Plata).

Proceedings. 1833. p. 17.

6. Byssoarca divaricata *G. B. Sowerby.*

B. testā oblonga, albicante, longitudinaliter sulcata et radiatim decussata; latere antico superne subangulato, postico carina ex umbone ad marginem ventralem posticam decurrente spinifera, sulcis divaricatis, eleganter decussatis conspicuo; area ligamenti angusta.

Long. 1· poll., lat. 0·5 poll., alt. 0·55 poll.

Legit H. Cuming saxis adhaerentem, ad littora insularum maris Pacifici (Annaa or Chain Island).

Proceedings. 1833. p. 18.

7. Byssoarca decussata *G. B. Sowerby.*

B. testā oblonga, alba, decussatim striata, epidermide squamoso-setosa induta; latere antico breviore, superne subangulato, postico superne rotundato-angulato, infra rotundato; margine ventrali rectiuscula; area ligamenti angusta.

Long. 2· poll., lat. 1· poll., alt. 1·2 poll.

Legit H. Cuming testis meleagrinae margaritiferae Lam. adhaerentem, ad littora insularum Oceani Pacifici (Lord Hood's and Chain Islands).

Proceedings. 1833. p. 18.

8. Byssoarca illota *G. B. Sowerby.*

B. testā ovata, alba, radiatim costata, costis numerosis, decussatis; epidermide fusca, foliacea induta; latere antico breviore, rotundato, postico declivi; area ligamenti angusta, brevi.

Long. 1·5 poll., lat. 0·75 poll., alt. 1· poll.

Legit H. Cuming sub lapidibus in America centrali (Gulf of Nocoiyo).

Proceedings. 1833. p. 18.

9. Byssoarca velata *G. B. Sowerby.*

B. testā ovata, compressiuscula, radiatim costata et decussata; dorso biangulato; epidermide fusca, squamosa, squamis acuminatis; area ligamenti angusta.

Long. 3·1 poll., lat. 1·8 poll., alt. 1· poll. — Unum specimen pollices 6 longum est.

Legit H. Cuming testis meleagrinae margaritiferae Lam. adhaerentem, ad littora insularum Oceani Pacifici (Lord Hood's and Chain Islands).

Proceedings. 1833. p. 18.

10. Byssoarca solida *G. B. Sowerby.*

B. testā ovato-quadrata, crassa, solida, aequilaterali, radiatim striata, minutissime decussata; latere antico rotundato, postico superne obtuse angulato, obsolete carinato; area ligamenti elongata, ligamento rhomboideo, centrali.

Long. 0·6 poll., lat. 0·5 poll., alt. 0·4 poll.

Legit H. Cuming sub lapidibus ad Paytam Peruviae.
Proceedings. 1833. p. 18.

11. Byssoarca pusilla *G. B. Sowerby.*

B. testā ovato-subrhomboidali, albida, decussata; latere antico breviore, rotundato, postico longiore, declivi; margine dorsali postica angulata; area ligamenti angusta; ligamento brevi, ad posticam areae partem solum adjuncto; carina obtusa ex umbone ad marginem posticam inferiorem decurrente.

Long. 0·45 poll., lat. 0·2 poll., alt. 0·25 poll.

Legit H. Cuming saxis adhaerentem ad Iquiqui Peruviae.
Proceedings. 1833. p. 18.

12. Byssoarca truncata *G. B. Sowerby.*

B. testā oblonga, naviculiformi, fusca, parte mediana anticaque radiatim striatis, striis granosis; carina obtusa ex umbone ad marginem posticam inferiorem decurrente; parte postica radiatim costata, costis interstitiisque obtusis, rugosis; latere antico brevissimo, superne angulato, infra rotundato, postico elongato, abrupte truncato; area ligamenti elongata, lata, ligamento quadrangulari, prope anticam areae partem solum adjuncto.

Long. 2·3 poll., lat. 1·1 poll., alt. 1·2 poll.

Legit H. Cuming saxis et testis meleagrinae margaritiferae Lam. adhaerentem, ad insulas Gallapagos (Lord Hood's Island).

Proceedings. 1833. p. 19.

13. Byssoarca lurida *G. B. Sowerby.*

B. testā ovato-oblonga, decussato-striata, castanea, epidermide fusca fimbriato-lacera induta; latere antico rotundato, postico oblique truncato; margine dorsali postice angulata, ventrali postice rotundato-angulata.

Long. 1·5 poll., lat. 0·75 poll., alt. 0·8 poll.

Magnitudo partium relativa variat.

Legit H. Cuming saxis adhaerentem, ad St. Elenam
Proceedings. 1833. p. 19.

14. Byssoarca parva *G. B. Sowerby.*

B. testā oblonga, parva, pulcherrime decussato-striata, castanea; latere antico brevi, rotundato, postico elongato; area ligamenti breviuscula, angusta.

Long. 0·8 poll., lat. 0·35 poll., alt. 0·4 poll.

Legit H. Cuming meleagrinae margaritiferae Lam. testis et coralliis adhaerentem, ad littora insularum Oceani Pacifici (Ducie's Island).

Proceedings. 1833. p. 19.

69. PECTUNCULUS Lam. (axinaea Oken.)

1. Pectunculus maculatus *W. J. Broderip.*

P. testā orbiculata, subaurita, subaequilatera, convexa, albente, castaneo-maculosa, striis radiantibus, subdecussatis, creberrimis; intus alba, marginibus crenatis; epidermide fusca, villosa.

Long. $2\frac{5}{8}$ poll., lat. $1\frac{3}{4}$ poll., alt. $2\frac{3}{8}$ poll.

Legit H. Cuming in portu Portrero.

Proceedings 1832. p. 126.

2. Pectunculus ovatus *W. J. Broderip.*

P. testā obovata, convexa, glabra, lineis transversis minutissimis, albente, umbonibus castaneo pallide notatis; intus alba, marginibus crenatis; epidermide subvillosa.

Long. $1\frac{3}{4}$ poll., lat. $1\frac{3}{5}$ poll., alt. 2 poll.

Legit H. Cuming ad insulam Lobos.

Proceedings. 1832. p. 126.

3. Pectunculus intermedius *W. J. Broderip.*

P. testā suborbiculata, subglabra, subdepressa, albida, umbones versus pallide castaneo zonato-radiata; striis radiantibus, subdistantibus, decussatis; intus alba, marginibus crenatis; epidermide subpilosa.

Long. $1\frac{5}{8}$ poll., lat. $1\frac{5}{8}$ poll., alt. $1\frac{7}{12}$ poll.

Legit H. Cuming ad Iquiqui.

Proceedings. 1832. p. 126.

4. Pectunculus multicostatus *G. B. Sowerby.*

P. testā suborbiculari, alba, castaneo rubiginoso cinereoque variegata; costellis numerosis, ex umbone radiantibus, transversim striatis.

Long. 1·5 poll., lat. 1·2 poll., alt. 1·5 poll.

Legit H. Cuming in America meridionali (Island of Muerte, in the Bay of Guayaquil).

Proceedings. 1832. p. 195.

5. Pectunculus inaequalis *G. B. Sowerby.*

P. testā subcordiformi, obliqua, inaequilaterali, altitudine longitudinem superante, gibbosa, obtuse radiatim striata, striis per fasciculos costiformes congestis, interstitiis striatis.

Long. 1·5 poll., lat. 1·15 poll., alt. 1·6 poll.

Legit H. Cuming ad Panamam et Real Llejos.

Proceedings. 1832. p. 196.

6. Pectunculus assimilis *G. B. Sowerby.*

P. testā subcordiformi, obliqua, inaequilaterali, altiore quam longa, subgibbosa, radiatim sulcata et striata, striis per fasciculos costiformes congestis, interstitiis latiusculis, laevibus.

Long. 1·3 poll., lat. 1 poll., alt. 1·5 poll.

Legit H. Cuming in America centrali et meridionali. (At Puerto Portero and in the Bay of Guayaquil.)

Proceedings. 1832. p. 196.

7. Pectunculus tessellatus *G. B. Sowerby.*

P. testā orbiculari, subglobosa, alba, castaneo-tessellata et variegata; costis rotundatis, subdistantibus, radiantibus.

Long. 0·9 poll., lat. 0·7 poll., alt. 1 poll.

Legit H. Cuming ad littora Columbiae occidentalis (at Monte Christe and in the Bay of Xipixapi).

Proceedings. 1832. p. 196.

8. Pectunculus strigilatus *G. B. Sowerby.*

P. testā orbiculari, subventricosa, albida, roseo-tincta

et rubiginoso-strigata et variegata; costis rotundatis, distantibus, radiantibus, interstitiis laevibus.

Long. 1 poll., lat. 0·65 poll., alt. 1·05 poll.

Legit H. Cuming ad St. Elenam.

Proceedings. 1832. p. 196.

9. Pectunculus longior *G. B. Sowerby.*

P. testā elliptica, albicante, radiatim sulcata, latere postico breviore, ferrugineo, ventrali roseo-fuscescente, antico longiore; intus albicante, purpurascenti-brunneo infecta.

Long. 1·4 poll., lat. 0·7 poll., alt. 1·2 poll.

Legit H. Cuming ad littora Brasiliae (Rio de Janeiro).

Proceedings. 1832. p. 196.

70. NUCULA Lam. (leda Schum.; polyodonta Mühlf.)

1. Nucula elongata *G. B. Sowerby.*

N. testā elongata, lanceolata, tenui, alba, epidermide fusca prope marginem ventralem induta; subaequilaterali, latere antico breviore; margine dorsali rectiuscula, postice subreflexa; serie dentium postica divaricata.

Long. 2·7 poll., lat. 0·25 poll., alt. 0·7 poll.

Legit H. Cuming in Columbia occidentali (at Xipixapi).

Proceedings. 1832. p. 197.

2. Nucula crenifera *G. B. Sowerby.*

N. testā elongata, lanceolata, laevigata, tenuissime longitudinaliter striata; marginibus dorsalibus carinatis, carinis concinne crenulatis.

Long. 1·4 poll., lat. 0·2 poll., alt. 0·4 poll.

Similis accedit ad n. lanceolatam Lam.

Legit H. Cuming ad Xipixapi.

Proceedings. 1832. p. 197.

3. Nucula polita *G. B. Sowerby.*

N. testā oblonga, antice rostrata, alba, epidermide virescente polita; margine dorsali antica laevi; striis nonnullis obliquis anticis.

Long. 1·4 poll., lat. 0·45 poll., alt. 0·6 poll.

Legit H. Cuming ad Panamam.

Proceedings. 1832. p. 198.

4. Nucula pisum *G. B. Sowerby.*

N. testā parva, oblique ovali, latere antico brevissimo, margine dorsali inclinata.

Long. 0·25 poll., lat. 0·15 poll., alt. 0·2 poll.

Legit H. Cuming ad Valparaiso.

Proceedings. 1832. p. 198.

5. Nucula costellata *G. B. Sowerby.*

N. testā oblonga, tenui, antice rostrata, acuminata, costis duabus dorsalibus approximatis, crenulatis; costellis acutis concentricis, totam superficiem tegentibus.

Long. 0·8 poll., lat. 0·2 poll., alt. 0·3 poll.

Testa epidermide tenui tecta est.

Legit H. Cuming ad Panamam.

Proceedings. 1832. p. 198.

6. Nucula gibbosa *G. B. Sowerby.*

N. testā oblonga, gibbosa, antice acuminato-rostrata, longitudinaliter sulcata; dorso antico depresso, marginibus centralibus elevatis.

Long. 1·2 poll., lat. 0·55 poll., alt. 0·6 poll.

Color variat.

Legit H. Cuming ad littora Peruviae (at Tumbez; Gulf of Nocoiyo).

Proceedings. 1832. p. 198.

7. Nucula Elenensis *G. B. Sowerby.*

N. testā ovata, gibbosa, longitudinaliter sulcata, antice rostrato-acuminata; limbo dorsali antico arcuato, marginibus crenulatis.

Long. 0·5 poll., lat. 0·25 poll., alt. 0·35 poll.

Legit H. Cuming ad St. Elenam.

Proceedings. 1832. p. 198.

8. Nucula eburnea *G. B. Sowerby.*

N. testā ovata, gibbosa, longitudinaliter sulcata, nitida, eburnea, antice rostrato-acuminata.

Long. 0·65 poll., lat. 0·3 poll., alt. 0·35 poll.

Legit H. Cuming ad oras Columbiae occidentalis (Bay of Caraccas).

Proceedings. 1832. p. 198.

9. Nucula cuneata *G.B. Sowerby.*

N. testā ovato-cuneiformi, gibbosa, epidermide virescente, nitida, latere postico rotundato, antico acuminato; superficie concentrice sulcata.

Long. 0·4 poll., lat. 0·2 poll., alt. 0·25 poll.

Legit H. Cuming ad Valparaiso.

Proceedings. 1832. p. 198.

10. Nucula exigua *G. B. Sowerby.*

N. testā parva, oblique ovata, albicante, pellucida, concentrice sulcata; latere postico longiore, subacuminato, antico brevissimo.

Long. 0·2 poll., lat. 0·1 poll., alt. 0·15 poll.

Legit H. Cuming ad Columbiam occidentalem (Bay of Caraccas).

Proceedings. 1832. p. 198.

ORD. II. MYTILACEA Mke.

FAM. I. MYTILACEA Mke.

71. MYTILUS Linn. (mytilus et perna Retz.)

1. Mytilus subsaxatilis *W. Williamson* jun.

M. testā crassa, subincurvata; margine cardinali (praesertim juniorum) recto; latere anteriori latissimo, depresso, convexiusculo; striis incrementi valde conspicuis. — *Th. M.*

Mensura desideratur.

Adultorum testa sordide caerulea, juvenum obscure brunnea.

Adnotat auctor, speciem jam ante denominatam esse: m. angulatus J. Alder et m. solitarius W. Mark. Quae nomina si (ut esse videtur) in collectionibus vel literis tantum scripta sunt, haud utiliter ab auctore cancellandi gra-

gratia heic promulgantur. Sin typis mandata jam in publicum prodierunt, tunc novum et tertium hocce autoris nomen rejiciendum esse patet. (M. angulatus nomen minus aptum foret, cum m. ungulatus Linn. jam adsit.)

Habb. terni v. quaterni saxorum lateri inferiori bysso valida adhaerentes, ad littora Yorkshire, Durham et Scarborough Britanniae.

Loudon, magazine of nat. hist. art. IX. p. 353. et icon lign. adpos.

72. MODIOLA Lam. (mytilus β Schum.)

1. Modiola glandula *J. G. Totten.*

M. testā tenui, diaphana, oblique ovali vel subovata, regulariter convexa, minutim concentrice striata, costis numerosis, in media testa crebrioribus radiata; margine intus crenulato; natibus prominulis, distantibus; epidermide dilute brunneo-flava, testam albam tegente; intus alba, margaritacea. — *Th. M.*

Long. max. (a natibus ad marginem post. basal.) 0,45 poll., lat. max. 0,45 poll., diam. 0,25 poll. (secundum specimen maximum).

Interdum elevatio indistincta a regione umbonali ad marginem basalem posteriorem decurrit. nates decorticatae.

Legit Totten in portu Provincetown ad Massachusetts.

Silliman American journal. Vol. XXVI. p. 367. et tabulae fig. 3. e — g.

FAM. II. NAJADEA Mke. (Submytilacea Blainv. partim.)

73. ANODONTA Lam. (Anodon Oken; anodonta, strophitus et lastena Rafin.)

1. Anodonta corpulenta *W. Cooper.*

An. testā tenui, fragili, elongata, posterius subrhombea; umbonibus inflatis, ad apicem obsolete undulatis; marginibus compressiusculis; valvis (adultorum) supra cardinem connatis; obscure brunnea (juniorum pallide viridi, non radiata); intus livide cuprea, interdum alba. — *Th. M.*

Long. med. $4\frac{1}{2}$ poll., lat. $6\frac{1}{4}$ poll.; valvae peripheria saepe 18 poll., et diam. (per nates) 3 poll.

Anodontarum maxima quas auctor vidit.

Legit H. R. Schoolcraft in fluvio Missisippi superiori a Prairie du Chien usque ad lacum Pepin.

Schoolcraft, expedition through the upper Missisippi. p. 154.

2. Anodonta subvexa *T. A. Conrad.*

An. testā subovali, inflata, tenui, anterius rotundata, posterius subtruncata; margine dorsali postice elevato, abrupte rotundato; callo dentis rudimentum aemulante; natibus medianis, prominentibus, inflatis, undulatis; epidermide olivacea, obscure radiata; intus margaritaceo-caerulea, cereo-maculata. — *Th. M.*

Long. supra 2 poll.

Regio umbonum inflata, angulata, pone eam radii.

E collectione acad. sc. nat. Philadelph. — Hab. in Black Warrior flumine.

Silliman American journal. Vol. XXV. p. 341. et pl. I. fig. 12.

3. Anodonta declivis *T. A. Conrad.*

An. testā subovata, tenui, subventricosa, posterius producta, truncato-cuneata; margine dorsali fere recto; natibus prominulis, tuberculatis; regione umbonali angulata; striis incrementi obscuris, rugosis; epidermide viridi-olivacea, lineis longitudinalibus obscuris zonata; intus cerea, ad marginem margaritacea, viridi-iridescente. — *Th. M.*

Long. $3\frac{1}{3}$ poll.

Pars posterior pone regionem umbonalem depressa.

E collectione acad. sc. nat. Philadelph. — Hab. perrara in Flint flumine regionis Morgan in Alabama.

Silliman American journal. Vol. XXV. p. 341. et pl. I. fig. 11.

4. Anodonta teres *T. A. Conrad.*

An. testā anguste elliptica, inflata, postice producta,

truncata; margine posteriori obliquo, rectilineo; margine basali vix curvato. — *Th. M.*

Long. 4 poll. et ultra.

Species forma subcylindrica insignis.

Legit Conrad in canali Santee Carolinae meridionalis.

Conrad, new fresh water shells. p. 47. et tab. VII. fig. 2.

73*b*. ANODON Oken. (Anodonta Lam.; anodonta, strophitus et lastena Rafin.)

1. Anodon Parishii *J. E. Gray.*

An. testā ovata, ventricosa, solida; antice compressa, subproducta, subgracili, postice expansa, dilatata, rotundata; margine cardinali recta, marginis inferioris dimidium longitudine aequante; disco margaritaceo-albo; periostraco brunneo-nigrescente.

Long. $7\frac{1}{2}$ poll., alt. $3\frac{3}{4}$ poll.

E collectione J. E. Gray. — Hab. in fluviis Paraguayae.

Proceedings. 1834. p. 57.

2. Anodon penicillatus *J. E. Gray.*

An. testā ovata, ventricosa, crassa, solidiuscula, laevi; antice subcompressa, rotundata, subgracili, postice oblique truncata; ad marginem inferiorem postice dilatato-rotundata; disco albo, lineis angularibus brunneo-nigrescentibus prope cicatricem muscularem submarginalem notato; periostraco olivaceo, laevi.

Mensura desideratur.

E collectione J. E. Gray. — Hab. in fluviis Paraguayae.

Proceedings. 1834. p. 57.

3. Anodon porcifer *J. E. Gray.*

An. testā ovata, subventricosa, crassa, solida; antice convexa, rotundata, postice producta, porca angulari prope depressionem marginis posticae; margine inferiore postice subrotundata; disco nitidissimo, iridescenti-margaritaceo; periostraco laevi, nigro viridi-radiatim picto.

Mensura desideratur.

E collectione J. E. Gray. — Hab. in fluviis Paraguayae.

Proceedings. 1834. p. 58.

74. ALASMODONTA Say. (alasmidonta Rafin.)

1. Alasmodonta radiata *T. A. Conrad.*

Al. testā ovata, ventricosa, posterius producta, angustata; natibus prominentibus, acutis, undulatis; epidermide lucide olivacea, obscure viridi-radiata; intus margaritaceo-cerea. — *Th. M.*

Long. $2\frac{1}{2}$ poll.

Dentes cardinales valvae dextrae elongati, a natibus remoti, valvae sinistrae elongati, sub ipsis natibus siti.

E collectione acad. sc. nat. Philadelph. — Hab. in fluviis Alabamae australis.

Silliman American journal. Vol. XXV. p. 341. et pl. I. fig. 10.

75. UNIO Retz.

Nota. In tanta novorum unionum multitudine haud absonum videtur, recentiorem Kirtland-i observationem paucis meminisse. Is enim J. Benedicti Prevost de sexu unionum separato reperta denuo confirmans, in nonnullis Americae septentrionalis unionibus certam testae differentiam observavit, quam licet alioquin pro specifica sumtam e sexus diversitate pendere censet. Specimina, quae ovariis repleta invenit, marginem dorsalem posteriorem ex ovarii situ magis productum, ventricosum, ac posteriorem plerumque truncatum ostendebant. quae vero ovariis carentia pro maribus habuit, testam magis transversam, minus ventricosam, margine postico et basali magis compresso posticoque producto, exhibebant. (J. B. Kirtland: observations on the Sexual Characters of the Animals belonging to Lamarck's family of Najades. In: Silliman, American journal. Vol. XXVI. p. 117. cum icone ligu. — Versio Germ. proxime in lucem prodibit in cl. Wiegmann Archiv für Naturgeschichte. Jahrg. II. Bd. I.)

1. Unio Novae Hollandiae *J. E. Gray.*

Un. testā oblongo-elongata, gracili, solida; antice subcompressa, laevi, rotundata, postice subventricosa, producta, tuberculis magnis inaequalibus, in seriebus curvatis radiantibus dispositis; disco argenteo purpureo-maculato, margine inferiore antice crassissima; dente cardinali anteriore parvo, parum elevato, bituberculato; dentibus posterioribus parvis, sub cartilaginis margine posteriore positis; periostraco crasso, nigro.

Mensura desideratur.

E collectione J. E. Gray. — Hab. in Novae Hollandiae flumine Macquarrie, septuaginta circiter milliaria (Anglica?) ab ejus ostio.

Proceedings. 1834. p. 57.

2. Unio Pianensis *Farines.*

Un. testā oblonga, subaequilatera, crassa, inferius leviter sinuata, prope sinum depressa, margine cardinali rectiusculo, umbonibus detritis, epidermide nigerrima, nitida, crassa, regulariter striata, intus nitore vili margaritacea, hic illic carnea. — *Th. M.*

Long. 8 centim. 2 millim., alt. 4 centim. 8 millim., crass. 3 centim. 2 millim.

Similis u. litorali Lam. et u. tetragonae . . Dentes cardinales margini cardinali et inferiori paralleli, dens duplex valvae sinistrae verticaliter sulcatus, dens simplex triangularis, acutus. Margo cardinalis subrectus, antice declivis, margo anterior rotundatus, margo basalis rectus, in medio subsinuatus, margo posterior leviter curvatus, subtruncatus. — Animal edule.

Hab. in Pia rivo ad Piam pagum prope Perpignan Galliae.

Farines, description de trois esp. p. . et fig. . (— Epit. Annales des sc. nat. p. 118.)

3. Unio lienosus *T. A. Conrad.*

Un. testā auguste elliptica, ventricosa, anterius crassa, posterius tenuiori; margine basali posterius abrupte rotun-

data; latere postico subangulato; natibus approximatis, prominulis, undulato-corrugatis; striis incrementi rudibus, prominentibus; epidermide profunde olivacea, obscure radiata, margine rugosa; intus margaritacea, caerulescenti-albida, carnea vel purpurascente. — *Th. M.*

Long. 2,8 poll.

Dentes cardinales utriusque valvae duplices compressi, obliqui, grosse striati. — Icon ab auctore delineata lineas impressas in latere postico versus marginem radiantes exhibet, quarum descriptio nullam mentionem facit.

In collectione acad. sc. nat. Philadelph. — Legit Conrad non rarum cum u. rubiginoso Lea in parvis fluminibus Alabamae australis.

Silliman American journal. Vol. XXV. p. 339. et pl. I. fig. 4.

4. Unio stramineus *T. A. Conrad.*

Un. testā subovali, convexa, posterius latiore, rotundata; margine basali et dorsali posterius abrupte rotundatis; umbonibus convexis, apice prominulis, irregulariter undulatis; regione umbonali subangulata; striis incrementi rudibus, prominentibus; epidermide straminea, pone umbones radiata; intus margaritacea, iridescente. — *Th. M.*

Long. 2,5 poll.

Dentes cardinales utriusque valvae duplices. Accedit ad u. abruptum Say et u. cariosum . .

E collectione acad. sc. nat. Philadelph. — Hab. rarus cum u. lienoso Conr. in parvis fluminibus Alabamae australis.

Silliman American journal. Vol. XXV. p. 339. et pl. I. fig. 6.

5. Unio arcus *T. A. Conrad.*

Un. testā anguste elliptica, crassa, ponderosa, postice subangulata; natibus marginem dorsalem regulariter arcuatum parum superantibus; margine basali recto; epidermide olivacea, rugosa; intus margaritacea. — *Th. M.*

Long. 2 poll.

Dentes cardinales crassi, pyramidales, a lateralibus remoti; impressio muscularis anterior profunda, posterior minus impressa. Aliquatenus similis u. phaseolo Hildreth, at minus compressus, postice magis angustatus, colore insuper diversus, radiis semper destitutus.

E collectione acad. sc. nat. Philadelph. — Hab. rarus in Alabama fluvio.

Silliman American journal Vol. XXV. p. 340. et pl. I. fig. 8.

6. Unio coelatus *T. A. Conrad.*

Un. testā subtriangulari, inaequilatera, compressa; parte anteriori et umbonibus laevibus, ceteris partibus anguste irregulariter et interrupte (pone umbones profunde) undulatis; sulcis concentricis superficialibus aspera; umbonibus applanatis, apice prominentibus; epidermide profunde olivacea, obscure radiata; intus margaritacea, iridescente. — *Th. M.*

Long. 1,8 poll.

Ab apice natum versus basin impressio descendit. dentes cardinales et laterales crassi; impressiones musculares anterior et posterior profundae. Facie similis u. securi Lea et u. lineolato Rafin., ab omnibus undulatione sua differt.

Species deinde iterum ab auctore descripta in ejus: new fresh water shells. p. 29. et tab. III. fig. 4.

E collectione acad. sc. nat. Philadelph. — Hab. rarus in Tennessee, Elk et Flint fluminibus.

Silliman American journal. Vol. XXV. p. 338. et pl. I. fig. 2.

7. Unio perovatus *T. A. Conrad.*

Un. testā ovata, ventricosa, antice crassa, postice tenuiore, margine interiori et basali rotundata, posteriori subangulata; natibus elevatis, approximatis, undulatis; epidermide olivacea, ad marginem rugosa; intus margaritaceo-alba. — *Th. M.*

Long. 1,9 poll.

Dentes cardinales erecti, prominentes, crassiusculi. — Ju-

niores testae postice dilatatae ad formam ovalem accedunt; earum epidermis olivaceo-flava, radiis viridibus ornata.

Species deinde iterum ab auctore descripta in ejus: new fresh water shells. p. 47. et tab. II. fig. 3.

E collectione acad. sc. nat. Philadelph. — Hab. rarior in fluminibus parvis regionis Greene Alabamae (Prairie creek, Marengo).

Silliman American journal. Vol. XXV. p. 338. et pl. I. fig. 3.

8. Unio arctatus *T. A. Conrad.*

Un. testā elongata, compressa, anterius brevi, angustata, rotundata, posterius elongata, truncata; margine basali (subrecto,) medio leviter coarctato; margine cardinali elongato, cum basi parallelo (secundum iconem ab auctore delineatam arcuato!); epidermide nigricante; intus caeruleo-alba. — *Th. M.*

Long. 2 poll.

Dens cardinalis valvae sinistrae profunde bifidus, parum prominens. Formā similis u. monodontae Say et u. margaritiferae Lam., sed magis accedens ad var. quandam u. purpurei Say (forsan = u. coarctatae Lam. Nomine u. purpurei Say plures species confusas esse videri). — In uno specimine color internus margaritaceo-purpureus erat.

Speciem auctor deinde iterum descripsit in suo: new fresh water shells. p. 36. et tab. V. fig. 4.

E collectione acad. sc. nat. Philadelph. — Hab. in litoribus petrosis fluvii Alabama et in Black Warrior flumine.

Silliman American journal. Vol. XXV. p. 340. et pl. I. fig. 9.

9. Unio Poulsoni *T. A. Conrad.*

Un. testā ovata, paulum inflata, subalata, anterius perbrevi, hiante, posterius producta, ad umbones inflata; valvis connatis; carina gemina obsoleta, a natibus retrorsum radiante; epidermide nigricante, posterius profunde rugosa;

intus intense purpurea, margine posteriori iridescente. — *Th. M.*

Mensura desideratur.

Similis u. alato Say et u. lugubri Say (= atro Lea). Margo cardinalis leviter arcuatus; umbones applanati; dentes cardinales oblique retroversi, crassi, sulcati, dentes laterales breves, granulati, a cardinalibus valde remoti.

Legit Conrad satis frequentem in Black Warrior flumine Alabamae borealis.

Conrad, new fresh water shells. p. 25. et tab. I.

10. Unio taeniatus *T. A. Conrad.*

Un. testā elliptica, convexa, crassiuscula, infra arcuata; umbonibus rotundatis, apice prominulis; pube linea impressa notata; epidermide tenuiter rugosa, olivacea, radiis regularibus viridibus interruptis ornata; intus caerulescenti-alba. — *Th. M.*

Mensura desideratur.

Affinis u. fasciolari Rafin., sed brevior magisque ellipticus et convexus. similis et u. fasciato Rafin. Dentes cardinales et laterales prominentes.

Hab. in Flint flumine comitatus Morgan in Alabama.

Conrad, new fresh water shells. p. 26. et tab. IV. fig. 2.

11. Unio trabalis *T. A. Conrad.*

Un. testā anguste elliptica, subrostrata, anterius crassa, postice attenuata, obtuse rotundata; margine posteriori recto, oblique descendente; umbonibus latis, prominentibus, apice erosis; epidermide profunde olivaceo-brunnea, radiata; intus alba, posterius iridescente. — *Th. M.*

Mensura desideratur.

Similis u. nasuto Say, sed differt umbonibus magis prominentibus et rostro cum basi fere rectilineo. Forsan similis quoque u. subrostrato Say (quem auctor non vidit), a quo testā antice crassiori differt. — Icon ab auctore picta formam regulariter ovatam exhibet!

Patria desideratur.

Conrad, new fresh water shells. p. 27. et tab. III. fig. 5.

12. Unio nebulosus *T. A. Conrad.*

Un. testā elongata, elliptica, tenui, convexa, olivacea, brunneo-nebulosa, interrupte viridi-radiata, posterius producta, angustata; margine cardinali leviter incurvato; pube compressa; natibus applanatis, undulatis; margine posteriori recto, oblique descendente; rostro truncato; intus caeruleo-albida et iridescente vel purpurascente. — *Th. M.*

Mensura desideratur.

Dentes cardinales obliqui, compressi. Affinis u. iridi Lea, a quo differt forma postice magis angustata.

Legit Conrad in Black Warrior flumine in regione Alabamae montosa.

Conrad, new fresh water shells. p. 28. et tab. III. fig. 7.

13. Unio cor *T. A. Conrad.*

Un. testā oblique cordata, latiore quam longa, crassa, anterius brevi, subtruncata, posterius complanata; concentrice sulcata, olivacea, radiis interruptis viridibus; natibus valde prominentibus, submarginalibus; intus margaritacea, basi iridescente. — *Th. M.*

Mensura desideratur.

Dentes cardinales et laterales valde elevati, granulati, sulcati; impressiones musculares anterior et posterior profundae. Affinis u. torso Rafin.; testa junior belle radiata, habitu accedens ad u. undatum Barnes; adulta accedit ad varietates quasdam u. triangularis Rafin.

Hab. in Elk et Flint fluviis Alabamae.

Conrad, new fresh water shells. p. 28. et tab. III. fig. 3.

14. Unio maculatus *T. A. Conrad.*

Un. testā subtriangulari, compressa, crassiuscula, posterius subtruncata, pone pubem cuneiformi; umbonibus laevibus, subangulatis, apice prominentibus; epidermide brunneo-olivacea, radiis paucis latis et angustis interruptis viridibus ornata, forte rugosa; intus margaritaceo-alba, iridescente. — *Th. M.*

Mensura desideratur.

Ab apice natum versus basin impressio lata superficialis

decurrit. margo cardinalis obliquus, rectus, margo posterior oblique subtruncatus. dentes cardinales fere transversi, subcompressi, regulariter striati; impressio muscularis posterior distincta, superficialis. Affinis u. triangulari Rafin. et u. undato Barnes, sed magis compressus.

Legit Conrad in Elk et Flint fluviis.

Conrad, new fresh water shells. p. 30. et tab. IV. fig. 4.

15. Unio vibex *T. A. Conrad.*

Un. testā elliptica, ventricosa, subtenui; margine posteriori lato, obliquo, arcuato; margine finali obtuse rotundato; pube elevata; umbonibus rotundatis; epidermide flavido-olivacea, brunneo-nebulosa, radiis interruptis viridibus, in margine antico obsoletis; intus caeruleo-alba, posterius iridescente. — *Th. M.*

Mensura desideratur.

Dentes cardinales pyramidales, recti, prominentes. Accedit aliquatenus ad u. iridem Lea.

Legit Conrad in Black Warrior fluvio Alabamae.

Conrad, new fresh water shells. p. 31. et tab. IV. fig. 3.

16. Unio Greenii *T. A. Conrad.*

Un. testā subovata, antice rotundata, crassa, postice tenuiore; natibus prominulis, regione umbonali recta, subangulata; epidermide rugosa, olivacea, posterius radiata; intus caeruleo-alba, ad marginem posticum iridescente. — *Th. M.*

Mensura desideratur.

Dentes cardinales crassi, laterales striati, minutim granulati; sub dentibus cardinalibus protuberantia obtusa brevis obliqua. impressiones musculares anteriores confluentes, posteriores distinctae. Species facile distinguenda, nominata in memoriam Jacobi Green, med. dr. et chem. prof. in collegio Jefferson-iano.

Hab. sat frequens in fontibus Black Warrior fluminis.

Conrad, new fresh water shells. p. 32. et tab. IV. fig. 1.

17. Unio penitus *T. A. Conrad.*

Un. testā triangulari, anterius crassissima, ventricosa;

umbonibus complanatis, apicibus prominulis, rotundatis; margine posteriori depresso; eminentia lata, convexa, a margine basali retrorsum porrecta, lineis elevatis, in margine dentium instar prominulis radiata sulcisque concentricis striata; epidermide olivacea, rugosa; intus margaritaceo-alba, in cavo umbonum iridescente. — *Th. M.*

Mensura desideratur.

Regio umbonalis angulata. ligamentum perbreve. dentes cardinales utriusque valvae duplices, crassi, prominentes, sulcati, granulati. impressio muscularis posterior lata, profunda; anterior profundissima, usque sub dentem cardinanalem porrecta. Speciminibus nonnullis eminentia illa fere deest, radii nullis. Formā similis u. triquetro Rafin., propius tamen accedens ad u. ridibundum Say et u. interruptum Rafin.

Hab. rarus in Alabama fluvio, prope Claiborne.

Conrad, new fresh water shells. p. 33. et tab. V. fig. 1.

18. Unio Masoni *T. A. Conrad.*

Un. testā parva, suborbiculari; disco sub-applanato; umbonibus latis, prominentibus, postice carinatis; regione umbonali recta, angulata; pube lata, applanata; epidermide olivacea, brunneo-nebulosa, polita; intus caeruleo-alba. — *Th. M.*

Mensura desideratur.

Dentes cardinales prominentes, compressi, valde obliqui; umbonum cavitas ampla. Affinis u. congaraeo Lea; radiis carere videtur. — Nominatus in memoriam Wilhelmi Mason, conchyliologi Americani.

Legit Conrad duo specimina in Savannah fluvio prope Augustam.

Conrad, new fresh water shells. p. 34. et tab. V. fig. 2.

19. Unio delumbis *T. A. Conrad.*

Un. testā ovata, elongata, fragili, ventricosa, antice paulum angustata, postice rotundata; pube subelevata, arcuata; epidermide olivacea, viridi-radiata; intus caerulea, valde iridescente. — *Th. M.*

Mensura desideratur.

Dentes cardinales lamelliformes. Affinis u. ochraceo Say, sed magis elongatus.

Legit Conrad frequentem in fluminibus parvis prope Cooper fluvium in Carolina australi.

Conrad, new fresh water shells. p. 35. et tab. V. fig. 3.

20. Unio pectorosus *T. A. Conrad.*

Un. testā ovata, ventricosa, haud crassa, anterius subproducta, posterius lata, biangulata; pube complanata; umbonibus latis, prominentibus; regione umbonali subangulata; epidermide brunneo-olivacea, maculis angulatis radiatim dispositis et versus marginem posticum lineis multis elevatis brevibus vermiformibus notata; intus alba. — *Th. M.*

Mensura desideratur.

Linea impressa a natibus ad medium marginem posteriorem porrecta est. dentes cardinales recti, subpyramidales, prominentes. Accedit ad u. ovatum Say, at magis elongatus est, minus ventricosus, radiisque interruptis.

Legit Conrad in Elk flumine prope Tennessee.

Conrad, new fresh water shells. p. 37. et tab. VI. fig. 1.

21. Unio rubellus *T. A. Conrad.*

Un. testā suborbiculari, ventricosa, crassa; natibus intermediis, prominulis, erosis; regione umbonali rotundata, utrinque obsolete angulata; epidermide rubro-brunnea; intus margaritaceo-carnea purpureave. — *Th. M.*

Mensura desideratur.

Dentes cardinales recti. impressiones musculares angustae, distinctae. — Speciem auctor minus stabilitam, nec tamen alīus varietatem censet.

Legit Conrad in Black Warrior flumine prope fontem, ad montes Alabamae.

Conrad, new fresh water shells. p. 38. et tab. VI. fig. 2.

22. Unio furvus *T. A. Conrad.*

Un. testā ovata, ventricosa, anterius crassa, posterius tenuiore, latiore, subangulata; regione umbonali angulata,

linea impressa obsoleta limitata; epidermide nigricante, rugis parvis confertis obsita; intus alba, anterius pulchre iridescente. — *Th. M.*

Mensura desideratur.

Dentes cardinales parum obliqui, pyramidales.

Legit Conrad perrarum cum u. rubello Conr. in Black Warrior flumine.

Conrad, new fresh water shells. p. 39. et tab. VI. fig. 3.

23. Unio Raveneli *T. A. Conrad.*

Un. testā oblongo-ovali, ventricosa; margine cardinali recto, basali parum curvato; natibus vix prominentibus; regione umbonali obsolete biangulata, angulo posteriori magis obsoleto, a natibus ad marginem posteriorem truncatum descendente; intus pallide vel flavo-purpurea. — *Th. M.*

Mensura desideratur.

Dentes cardinales erecti, obliqui, compressi. — Nonnulla specimina radiata sunt; seniora valde ventricosa evadunt. — Formā similis u. purpureo Say, at magis convexus et posterius biangulatus. — Nominatus in memoriam Edmundi Ravenel, prof. Charleston-ensis.

Detexit dr. Blanding in canali Wateree Carolinae australis; legit Conrad ad Cooper fluvium.

Conrad, new fresh water shells. p. 39. et tab. VI. fig. 4.

24. Unio icterinus *T. A. Conrad.*

Un. testā elliptica, crassiuscula, anterius regulariter rotundata, posterius oblique descendente, subtruncata, basi leviter curvata; natibus haud prominentibus; regione umbonali valde obliqua, fere recta, angulata; epidermide laevi, polita, olivaceo-flava, ad marginem brunneo-nebulosa; intus laete margaritaceo-carnea, posterius iridescente. — *Th. M.*

Mensura desideratur.

Similis illi u. purpurei Say varietati, quam Lamarck u. carinatam vocavit.

Legit Conrad mense Febr. in Savannah fluvii aquis ad Augustam.

Conrad, new fresh water shells. p. 41. et tab. VI. fig. 5.

25. Unio tenebrosus *T. A. Conrad.*

Un. testā elliptica, ventricosa, antice crassiuscula; natibus prominentibus; margine posteriori recto, a ligamento oblique descendente, sub finem truncato; epidermide olivacea, radiata, ad margines atro-fusca; intus caerulea vel carnea, iridescente. — *Th. M.*

Mensura desideratur.

Dentes cardinales crassiusculi, obliqui. Similis u. radiato Barnes, at magis convexus, postice magis angustatus et obscurius radiatus.

Legit Featherstonhaugh duo specimina in Rappahannock prope Falmouth Virginiae, in Schuylkill fluvio prope Philadelphiam; Conrad legit unum specimen in Corolina australi.

Conrad, new fresh water shells. p. 42. et tab. VII. fig. 1.

26. Unio altilis *T. A. Conrad.*

Un. testā tenui, subovali, inflata; margine posteriori subangulato; natibus prominulis, valde decorticatis; regione umbonum rotundata, costa obsoleta posterius limitata; basi arcuata; epidermide nigricante, rugosa, supra umbones olivacea et radiata, posterius lineis brevibus numerosis vermiculata; intus margaritaceo-alba, iridescente. — *Th. M.*

Mensura desideratur.

Dentes cardinales pyramidales, erecti, laterales distantes. impressio muscularis profunda, prope callum elongata. — Juniores forma similes u. multiradiato Lea. Adultorum epidermis fere nigra.

Hab. rarior in Alabama fluvio, prope Claiborne.

Conrad, new fresh water shells. p. 43. et tab. II. fig. 1.

27. Unio perovalis *T. A. Conrad.*

Un. testā ovali, crassiuscula, inflata, posterius oblique truncata, inferius arcuata; natibus prominentibus; regione umbonum rotundata; epidermide olivacea, obscure radiata, ad margines rugosa; intus margaritaceo-alba, ad marginem posteriorem iridescente. — *Th. M.*

Var. β: epidermide rubro-brunnea; intus rosea.

Mensura desideratur.

Dentes cardinales et laterales valde prominentes, granulati. Affinis u. multiradiato Lea.

Legit Conrad pauca specimina ad Alabamam fluvium prope Claiborne.

Conrad, new fresh water shells. p. 43. et tab. II. fig. 2.

28. Unio prasinus *T. A. Conrad.*

Un. testā suborbiculari, compressa, lineis impressis distantibus concentricis notata, antice obtuse rotundata, postice dilatata, truncata, haud obliqua; basi recta, cum margine cardinali parallela; natibus prominentibus; epidermide olivaceo-flava, viridi-variegata, pone regionem umbonalem radiis duobus viridibus ornata. — *Th. M.*

Mensura desideratur.

Posterius tubercula nonnulla, in lineam disposita. Species ab omnibus facilis distinctu. — Secundum iconem ab auctore delineatam testa subtetragona.

E collectione academiae hist. nat. unicum specimen, quod legit [H. R.] Schoolcraft in Fax flumine.

Conrad, new fresh water shells. p. 44. et tab. III. fig. 1.

29. Unio infucatus *T. A. Conrad.*

Un. testā brevi, compressa, ovali; margine posteriori lato, parum obliquo, subangulato; umbonibus latis, haud prominentibus, apice erosis; regione umbonali subangulata, curvata; epidermide nigra; intus margaritaceo-alba. — *Th. M.*

Mensura desideratur.

Dentes cardinales recti, pyramidales. Aliquatenus similis u. laevigato Rafin.; sat distinctus formā ovali et compressa. Aetate pars posterior paulum producitur.

Hab. in Flint flumine Georgiae.

Conrad, new fresh water shells. p. 45. et tab. III. fig. 2.

30. Unio oviformis *T. A. Conrad.*

Un. testā ovata, convexa, antice crassa, postice tenuiore; margine anteriori rotundato, posteriori oblique truncato;

cato; natibus prominentibus, integris, ter quaterve interrupte rugulosis; regione umbonum rotundata; lunula ovata; epidermide lucide flavo-olivacea, radiis latis viridibus confertis, valde interruptis ornata; intus margaritaceo-alba, posterius laete iridescente. — *Th. M.*

Mensura desideratur.

Dentes cardinales recti. Pulchra species affinis u. scalenio Rafin., differt formā non compressa nec sinuosa et natibus undulatis.

Hab. in fluviis prope Tennessee.

Conrad, new fresh water shells. p. 46. et tab. III. fig. 6.

a. Unio subtentus Say.

Var. *T. A. Conrad.*

Descr. omnis desideratur.

Legit Conrad in Tennessee et Elk fluminibus.

Silliman American journal. Vol. XXV. p. 343. et pl. I. fig. 3.

b. Unio „mytilloides" (mytiloides?) Rafin.

Var. *T. A. Conrad.*

Descr. omnis desideratur.

Accedit ad u. ellipsin Lea.

Legit Conrad in Alabama fluvio.

Silliman American journal. Vol. XXV. p. 343. et pl. I. fig. 7.

FAM. III. CARDITACEA Mke. (Submytilacea Blainv. partim.)

76. CARDITA Lam.

1. Cardita Cuvieri *W. J. Broderip.*

C. testā subcordata, albida, rufo-varia; costis radiantibus latis, valde elevatis, complanatis, geniculato-nodosis; intus alba; epidermide fusca.

Long. $2\frac{4}{5}$ poll., lat. $2\frac{1}{5}$ poll., alt. $2\frac{7}{10}$ poll.

Legit H. Cuming in sinu Fonseca Americae centralis.

Proceedings. 1832. p. 55.

2. Cardita tumida *W. J. Broderip.*

C. testā subtrigona, tumida, costis radiantibus latis, subdepressis; carnea vel fulva, maculis purpureo-spadiceis et flavis varia; umbonibus recurvis, subacuminatis; lunula depressa; epidermide fusca.

Long. 2 poll., lat. $1\frac{5}{8}$ poll., alt. $2\frac{1}{8}$ poll.

Legit H. Cuming ad oras Americae centralis et meridionalis (juv. ad Puerto Portrero, adult. ad insulam Plata).

Proceedings. 1832. p. 56.

3. Cardita varia *W. J. Broderip.*

C. testā subtrigona, costis radiantibus depressis; violaceo-spadicea, maculis albis varia.

Long. $1\frac{1}{8}$ poll., lat. $\frac{5}{6}$ poll., alt. $1\frac{1}{4}$ poll.

Similis venericardiae flammeae . . (Guerin, magazin de conchyologie tab. 6.), distincta vero species.

Legit H. Cuming ad insulas Gallapagos.

Proceedings. 1832. p. 56.

4. Cardita tricolor *G. B. Sowerby.*

C. testā ovato-rhombea, longitudine altitudinem superante, radiatim costata, albida, fasciis fuscis longitudinaliter notata; margine dorsali postico, latereque antico brevi, aurantiacis; latere postico longiore; costis, anticis praesertim, subgranosis.

Long. 1·5 poll., lat. 1· poll., alt. 1·1 poll.

Legit H. Cuming in America centrali (Bay of Guayaquil).

Proceedings. 1832. p. 194.

5. Cardita laticostata *G. B. Sowerby.*

C. testā ovato-rhombea, turgida, longitudine altitudinem superante, radiatim costata, epidermide fulvescente induta, fasciis brunneis longitudinaliter notata; margine dorsali postico elevatiusculo; costis latis, anticis praesertim, lineis elevatis, decussatis.

Long. 2·1 poll., lat. 1·4 poll., alt. 1·6 poll.

Legit H. Cuming in America centrali (Guacomayo; St. Elena, Panama, and Real Llejos).

Proceedings. 1832. p. 195.

6. Cardita radiata *G. B. Sowerby.*

C. testā oblonga, pallescente, maculis vel fasciis fuscis variegata; latere antico brevi, postico elongato; costis paucis latis radiata, costis anticis transversim decussatis, medianis postice angulatis, posticis rotundatis, dorsali squamifera.

Long. 2·1 poll., lat. 0·6 poll., alt. 0·9 poll.

Legit H. Cuming ad Salango Columbiae occidentalis, et ad Panamam.

Proceedings. 1832. p. 195.

7. Cardita affinis *G. B. Sowerby.*

C. testā oblonga, pallida, fusco-varia, latere antico brevi, postico elongato; costis paucis latis radiantibus, anticis obsoletiusculis, posticis prominentibus angulosis, subsquamiferis.

Long. 1·4 poll., lat. 0·6 poll., alt. 0·6 poll.

Legit H. Cuming in America meridionali (Bay of Montejo and Gulf of Nocoiya).

Proceedings. 1832. p. 195.

8. Cardita spurca *G. B. Sowerby.*

C. testā obovata, alba, epidermide olivacea induta; costis radiantibus eminentibus granosis ornata; latere postico superne anguloso.

Long. 1 poll., lat. 0·55 poll., alt. 0·7 poll.

Legit H. Cuming ad oras Peruviae (at Iquiqui, in Peru).

Proceedings. 1832. p. 195.

9. Cardita muricata *G. B. Sowerby.*

C. testā obovata, albicante, costis radiantibus muricatis ornata, posticis magnis, distantibus, anticis minoribus approximatis; latere antico brevissimo.

Long. 1·1 poll., lat. 0·55 poll., alt. 0·55 poll.

Legit H. Cuming ad lapides et sub lapidibus, ad littora insularum maris Pacifici (Crescent and Rapa Islands).

Proceedings. 1832. p. 195.

FAM. IV. CRASSATELLACEA Mke.

77. CRASSATELLA Lam.

1. Crassatella undulata *G. B. Sowerby.*

Cr. testā ovali, brunnea, fusco-maculata, epidermide fusca induta; intus brunnea, prope marginem anticam albicante; umbonibus undulatis; latere antico inclinato rotundato, postico longiore, acuminato, angulifero.

Long. $2\frac{7}{10}$ poll., lat. 1 poll., alt. $1\frac{3}{5}$ poll.

Testae juvenes colorem magis lucidum.

Legit H. Cuming ad Puerto Portrero Americae centralis.

Proceedings. 1832. p. 56.

2. Crassatella gibbosa *G. B. Sowerby.*

Cr. testā subovali, gibbosa, pallescente, epidermide fusca induta; intus albicante, latere postico brunneo; umbonibus undulatis, compressis; latere antico inclinato, rotundato, sulcis nonnullis brevibus; postico arcuato, elongato, acuminato.

Long. $1\frac{4}{5}$ poll., lat. 1 poll., alt. $1\frac{1}{4}$ poll.

Species maxime ventricosa.

Legit H. Cuming ad oras Americae meridionalis (St. Elena and Xipixapi).

Proceedings. 1832. p. 56.

ORD. IV. CARDIACEA Mke. (Conchacea Blainv.)

FAM. I. CHAMACEA Mke.

78. CHAMA Linn. (psilopus Oken; iataronus Adans.; chama et arcinella Schum.)

1. Chama frondosa *W. J. Broderip.*

Ch. testā sublobata, lamellosa, lamellis sinuosis frondosis, longitudinaliter plicatis et in utraque valva cardinem versus biseriatis, maximis; intus albida, limbo purpurascente, crenulato.

Var. β: testā lamellis crebrioribus, frondibus brevioribus.

Var. γ: testā tota purpurea, lamellis creberrimis, frondibus brevissimis.

Mensura desideratur.

Deinde etiam in: Transact. of the zool. soc. of London. Vol. I. P. IV. 1835. p. 302. et tab. XXXVIII. fig. 1. — β: p. 302. — γ: p. 302. et tab. XXXVIII. fig. 2.

Legit H. Cuming α et β rupibus corallinis adhaerentem ad Platam insulam Columbiae occidentalis; γ cum meleagrina Lam. ad Mexico (Gulf of Tehuantepec).

Proceedings. 1834. p. 148.

2. Chama pellucida *W. J. Broderip.*

Ch. testā alba, roseo-vel rubro-fucata vel strigata, lamellis frequentibus, frondibus elongatis pellucidis; intus alba, limbo crenulato.

Mensura desideratur.

Dein etiam: Transact. of the zool. soc. of Lond. Vol. I. P. IV. 1835. p. 302. et tab. XXXVIII. fig. 3.

Legit H. Cuming sub lapidibus v. ad lapides, ad mytilos L. aliasque testas, ad Peruviam (Iquiqui).

Proceedings. 1834. p. 149.

3. Chama lobata *W. J. Broderip.*

Ch. testā alba, lobata, subrhomboidea, radiatim striata, lamellis creberrimis, fimbriatis, foliaceis, striatis; limbo interno crenato.

Mensura desideratur.

Dein etiam: Transact. of the zool. soc. of Lond. Vol. I. P. IV. 1835. p. 303. et tab. XXXVIII. fig. 4, 5.

Legit H. Cuming parvis lapidibus et testis adhaerentem ad insulam Nevis Indiae occidentalis.

Proceedings. 1834. p. 149.

4. Chama Pacifica *W. J. Broderip.*

Ch. testā rubra purpurea vel lutea, lamellis creberrimis, foliis seu squamulis brevioribus, interdum albidis; limbo interno crenato.

Mensura desideratur.

Valdopere variat et forma et colore. — Aliqua ratione similis ch. floridae Lam.

Dein etiam: Transact. of the zool. soc. of Lond. Vol. I. P. IV. 1835. p. 303. et tab. XXXIX. fig. 1.

Legit H. Cuming (Lord Hood's Island) et ante aliquot annos S. Stutchbury (Pearl Islands), in Oceano Pacifico.

Proceedings. 1834. p. 149.

5. Chama imbricata *W. J. Broderip.*

Ch. testā lamellosa, squamis imbricata, albida, purpureo-fusco varia; valva superiore subdepressa, sublobata, sinu ab umbone usque ad limbum currente; intus albida, limbo integro, saepissime nigro-purpureo.

Var. β: testā nana, castanea, albo-strigata, intus alba.

Mensura desideratur.

Dein etiam: Transact. of the zool. soc. of Lond. Vol. I. P. IV. 1835. p. 304. et tab. XXXIX. fig. 2. — β: ib. fig. 3.

Legit in Oceano Pacifico S. Stutchbury (Pearl Islands) et H. Cuming (Lord Hood's Island); β legit Cuming rupibus lapidibusque adhaerentem, ad insulas Gallapagos.

Proceedings. 1834. p. 149.

6. Chama producta *W. J. Broderip.*

Ch. testā subpurpurea, creberrime lamellosa, lamellis foliaceis, integris; valva inferiore enormiter producta; limbo integro, purpureo.

Mensura desideratur.

Dein etiam: Transact. of the zool. soc. of Lond. Vol. I. P. IV. 1835. p. 305. et tab. XXXIX. fig. 4.

Legit H. Cuming lapidibus adhaerentem, ad Mexico (Gulf of Tehuantepec).

Proceedings. 1834. p. 150.

7. Chama corrugata *W. J. Broderip.*

Ch. testā corrugata, rubro-purpurea, albo-varia; intus atro-purpurea, limbo integro.

Mensura desideratur.

Omnes quas W. J. Brod. vidit, testae sinistrorsae.

Dein etiam: Transact. of the zool. soc. of Lond. Vol. I. P. IV. 1835. p. 305. et tab. XXXVIII. fig. 7.

Legit H. Cuming lapidibus adhaerentem, in America centrali (Real Llejos).

Proceedings. 1834. p. 150.

8. Chama echinata *W. J. Broderip.*

Ch. testā albida, purpureo-varia, spinis fornicatis echinata; intus atro-purpurea vel subrubra, limbo integro; dente cardinali rubro.

Mensura desideratur.

Dein etiam: Transact. of the zool. soc. of Lond. Vol. I. P. IV. 1835. p. 305. et tab. XXXIX. fig. 5. (jun.), fig. 6. (adult.)

Legit H. Cuming rupibus adhaerentem, in America centrali (Puerto Portrero).

Proceedings. 1834. p. 150.

9. Chama spinosa *W. J. Broderip.*

Ch. testā alba, interdum roseo-vel purpureo-umbonem versus valvae superioris picta, spinis fornicatis creberrimis horrida; intus alba, limbo integro.

Mensura desideratur.

Umbo valvae inferioris saepe productus, ut in ch. unicorni Lam.

Dein etiam: Transact. of the zool. soc. of Lond. Vol. I. P. IV. 1835. p. 306. et tab. XXXVIII. fig. 8. (jun.), fig. 9. (adult.)

Legit H. Cuming coralliis et meleagrinae Lam. adhaerentem, in Oceano Pacifico (Lord Hood's Island).

Proceedings. 1834. p. 150.

10. Chama sordida *W. J. Broderip.*

Ch. testā albida, subroseo-varia vel tota subrosea, creberrime striata, hinc et hinc foliacea; intus alba, limbo crenulato.

Mensura desideratur.

Variat secundum aetatem. — Adultorum valva inferior saepe satis producta.

Dein etiam: Transact. of the zool. soc. of Lond. Vol. I. P. IV. 1835. p. 306. et tab. XXXIX. fig. 8. (jun.), fig. 9. (adult.)

Legit H. Cuming rupibus adhaerentem, in America centrali (Isle of Cuña).

Proceedings. 1834. p. 151.

FAM. II. CARDIACEA Mke.

79. CARDIUM Linn. (pectunculus Adans.)

1. Cardium Cumingii *W. J. Broderip.*

C. testā aequivalvi, tumida, fragili, rosea, diaphana, egregie cancellata, antice rugosa, valvis postice hiantibus; crista antica subalbida ab umbonis latere postico ad marginem ventralem extensa in utraque valva.

Long. 1 poll., lat. $\frac{3}{5}$ poll., alt. $\frac{4}{5}$ poll.

Nominatum in memoriam H. Cuming. — Prope accedit ad c. bullatum Lam. et c. soleniforme . .

Legit H. Cuming in America centrali (Gulf of Dulce).

Proceedings. 1833. p. 82.

2. Cardium procerum *G. B. Sowerby.*

C. testā ovata, dorso acuminatiusculo, pallida, fuscomaculata, antice rotundata, postice subangulata; costis radiantibus viginti quinque, anticis quatuor primis obsoletiusculis, reliquis prominentibus, postice angulatis, subrugosis; medianis planulatis, utrinque obtuse anguliferis; posticis antice angulatis; interstitiis planulatis; latere postico ringente, dentibus marginalibus validis; epidermide fusca.

Long. 3·3 poll., lat. 3·1 poll., alt. 3·9 poll.

Legit H. Cuming in America centrali (Real Llejos).

Proceedings. 1833. p. 83.

3. Cardium orbita *G. B. Sowerby.*

C. testā obovali, pallescente, fulvo-variegata; antice rotundata, postice subangulata; costis radiantibus quadra-

ginta duabus, anticis rotundatis, transversim costatis; medianis utrinque granosis, granis posticis majoribus; posticis postice granosis, granis obliquis dentiformibus; interstitiis, praecipue medianis, profundis; cardinis dente laterali antico maximo.

Long. 2·5 poll., lat. 2·3 poll., alt. 3·3 poll.

Legit H. Cuming ad insulam Annaa in Oceano Pacifico.

Proceedings. 1833. p. 83.

4. Cardium planicostatum *G. B. Sowerby.*

C. testā subcordiformi, pallescente, fusco fulvoque variegata; antice rotundata, postice truncata, rotundato-angulata; areae posticae medio prominulo; costis radiantibus triginta, planulatis, acutimarginatis, anticis transversim costellatis, posticis postice crenulatis, omnibus creberrime transversim striatis; umbonibus prominentibus; depressione profunda sub umbonibus antice conspicua.

Long. 1·4 poll., lat. 1·2 poll., alt. 1·6 poll.

Similis c. medio L.

Legit H. Cuming ad oras Americae centralis (Guacomayo).

Proceedings. 1833. p. 83.

5. Cardium obovale *G. B. Sowerby.*

C. testā obovali, altiore quam longa, alba, lateribus brevissimis, antico paulo longiore; medio ex umbone ad marginem inferam rotundato-carinato; costis radiantibus viginti duabus, lateralibus depressiusculis, anticis postice crenulatis, medianis superne transversim rugosis, interstitiis omnibus transversim striatis; dente laterali antico ad cardinem propius admoto.

Long. 0·55 poll., lat. 0·55 poll., alt. 0·8 poll.

Legit H. Cuming ad oras Americae meridionalis (Xipixapi).

Proceedings. 1833. p. 84.

6. Cardium elatum *G. B. Sowerby.*

C. testā ovali, obliqua, laevigata, ventricosissima, flava;

sulcis radiantibus plurimis, medianis (exceptis posticis) obsoletis; area laterali postica anticaque laevibus, marginibus edentulis; marginibus ventralibus dentatis; epidermide tenui.

Long. 4· poll., lat. 3·5 poll., alt. 4·5 poll.

Legit H. Cuming ad Guaymas in sinu Californiensi.

Proceedings. 1833. p. 84.

7. Cardium senticosum *G. B. Sowerby.*

C. testā suborbiculari, compressiuscula, albida, purpurascenti-fusco variegata; costis radiantibus triginta novem v. quadraginta, tredecim anticis antice graniferis; demum duabus v. tribus utrinque graniferis; reliquis postice angulatis, graniferis, granis obliquis, posterioribus majoribus; interstitiis omnibus angustis, transversim striatis; latere postico ringente, dentibus marginalibus validis, purpurascentibus.

Long. 1·5 poll., lat. 1·1 poll., alt. 1·5 poll.

Perquam similis c. muricato L.

Legit H. Cuming ad St. Elenam Americae meridionalis.

Proceedings. 1833. p. 84.

8. Cardium multipunctatum *G. B. Sowerby.*

C. testā ovali, obliqua, depressiuscula, laevi, polita, roseo-fulva, maculis punctisque plurimis saturatioribus; striis radiantibus confertissimis; margine postica dorsali subangulata.

Long. 1·3 poll., lat. 0·8 poll., alt. 1·5 poll.

Legit H. Cuming ad littora Chinae.

Proceedings. 1833. p. 84.

9. Cardium unimaculatum *G. B. Sowerby.*

C. testā cordiformi, alba, macula sanguinea postica; valvis valde convexis, carinatis, carina dentata; latere antico productiore, tumidiusculo; latitudine longitudinem duplo superante.

Var. *β.* immaculata.

Lat. 0·55 poll., long. duplo minor, alt. 0·6 poll.

Prope huc accedit juvene c. cardissa Linn.

Legit H. Cuming frequentissimum ad insulam Annaa in Oceano Pacifico.

Proceedings. 1833. p. 84.

10. Cardium consors *G. B. Sowerby.*

C. testā obovali, turgida, altiore quam longa, pallescente, fusco-rufescenti-marmorata, radiatim multicostata; costis confertim squamosis, squamis fornicatis, anterioribus marginibus reflexis, posterioribus porrectis; intus purpurascenti-fusca.

Long. 2· poll., lat. 2·2 poll., alt. 2·6 poll.

Similis c. isocardiae L. — Costae triginta quatuor.

Legit H. Cuming ad St. Elenam et ad Guacomayo.

Proceedings. 1833. p. 85.

11. Cardium laticostatum *G. B. Sowerby.*

C. testā rotundata, subventricosa, postice subangulata, ringente, pallida, fusco-maculosa, radiatim costata; costis anticis medianisque latis, rotundatis, posticis angulatis; interstitiis angustis.

Long. 1·7 poll., lat. 1·3 poll., alt. 1·7 poll.

Legit H. Cuming in sinu Xipixapi.

Proceedings. 1833. p. 85.

12. Cardium maculosum *G. B. Sowerby.*

C. testā obovali, subventricosa, postice subdeclivi, marmorata, radiatim costata; costis anticis planatis, marginibus crenatis, posticis rotundatis; interstitiis anticis angustissimis.

Long. 1·9 poll., lat. 1·5 poll., alt. 2·5 poll.

Legit H. Cuming ad insulas Tres Marias, in sinu Californiensi.

Proceedings. 1833. p. 85.

13. Cardium Panamense *G. B. Sowerby.*

C. testā obovali, antice rotundata, postice subangulata, ringente; costis radiantibus, anticis medianisque latis, ma-

gnis, primum angulatis, demum rotundatis, posticis angustioribus, antice crenatis.

Long. 1·5 poll., lat. 1·4 poll., alt. 1·9 poll.

Legit H. Cuming ad Panamam.

Proceedings. 1833. p. 85.

14. Cardium aspersum *G. B. Sowerby.*

C. testā longitudinaliter ovali, postice hiante, pallida, rufescenti-marmorata, serrata; lateribus subaequalibus; costis radiantibus numerosis, lateralibus crenulatis, medianis planulatis.

Long. 1·6 poll., lat. 0·75 poll., alt. 1·2 poll.

Similis c. soleniformi . .

Legit H. Cuming ad St. Elenam et ad montem Christe.

Proceedings. 1833. p. 85.

15. Cardium multistriatum *G. B. Sowerby.*

C. testā obovali, pallide fulva, rufo-punctulata; striis radiantibus numerosis, anticis decussatis, posticis subgraniferis.

Long. 0·8 poll., lat. 0·7 poll., alt. 0·9 poll.

Patria desideratur.

Proceedings. 1833. p. 85.

FAM. III. CYCLADEA Mke.

80. CYCLAS Drap. (Cornea Mühlf.)

1. Cyclas straminea *T. A. Conrad.*

C. testā ovali, ventricosa, inaequilatera, antice posticeque pariter rotundata; umbonibus inflatis, apicibus prominulis, obtuse rotundatis; striis incrementi numerosis, regularibus, prominentibus; epidermide flavida, obscure maculata; intus margaritaceo-caerulea. — *Th. M.*

Mensura desideratur.

Dentes cardinales nulli, laterales distincti.

E collectione acad. sc. nat. Philadelph. — Hab. in fluminibus parvis Alabamae australis.

Silliman American journal. Vol. XXV. p. 342. et pl. I. fig. 5.

FAM. IV. NYMPHACEA Mkc.

81. MESODESMA Desh.

1. Mesodesma Jauresii *de Joannis.*

M. testā crassa, epidermide tecta, aequivalvi, perquam inaequilatera, postice valde truncata, striis incrementi profundis; margine inferiore sub-sinuato; dentibus cardinalibus obliquis, transversim striatis, anteriori longiore. — *Th. M.*

Long. 4 decim., alt. 27 millim., crass. 17 millim.

Hab. conglomerata fucis adhaerens in ostio fluvii Sti. Laurentii.

Guérin, magasin de zool. III. class. V. (nr. 54. et) pl. 54.

82. AMPHIDESMA Lam. (donacilla Lam. extr.; ligula! Montag.; abra et thyasira Leach.)

1. Amphidesma pulchrum *G. B. Sowerby.*

Amph. testā ovali, pallida, superficie concentrice striata; intus albida, purpureo-varia; latere postico breviore; margine antico inclinato, striis nonnullis radiantibus, strias incrementi decussantibus.

Long. $1\frac{3}{20}$ poll., lat. $\frac{2}{5}$ poll., alt. 1 poll.

Formā affinis amph. variegato Lam.

Legit H. Cuming in sinu Caraccensi Americae meridionalis.

Proceedings. 1832. p. 57.

2. Amphidesma roseum *G. B. Sowerby.*

Amph. testā suborbiculari, rosea, concentrice costata, epidermide fusca, lucida induta; latere postico subemarginato; costis confertis, acutis.

Long. 2·5 poll., lat. 1·1 poll., alt. 2·3 poll.

Color roseus.

Legit H. Cuming ad littora Peruviae (Tumbez).

Proceedings. 1832. p. 199.

3. Amphidesma rupium *G. B. Sowerby.*

Amph. testā subovali vel suborbiculari, subirregulari, radiatim striata, costis interruptis concentrice rugosa; um-

bone laevigato; intus alba; dentibus lateralibus subapproximatis, brevibus, crassis, margineque dorsali postica purpureis.

Long. 1·25 poll., lat. 0·65 poll., alt. 1 poll.; long. 1·3 poll., lat. 0·7 poll., alt. 1·2 poll.

Color variat albus.

Legit H. Cuming in Oceano Pacifico (at Lord Hood's Island; at the Gallapagos Islands).

Proceedings. 1832. p. 199.

4. Amphidesma formosum *G. B. Sowerby.*

Amph. testā ovali albicante, roseo-radiata et purpureo-maculata, concentrice costata, costis confertis, antice posticeque rugulosis; umbonibus intus lutescentibus.

Long. 2 poll., lat. 0·7 poll., alt. 1·6 poll.

En pulcherrimum amphidesmatum!

Legit H. Cuming ad St. Elenam.

Proceedings. 1832. p. 199.

5. Amphidesma pallidum *G. B. Sowerby.*

Amph. testā ovali, pallide purpurascenti-fulva, umbonibus saturatioribus, tenuissime concentrice striata, epidermide tenui, subiridescente induta; latere postico subtruncato, dorsali rotundato.

Long. 1·25 poll., lat. 0·45 poll., alt. 0·9 poll.

Juniores testae pallidiores et magis fulvae.

Legit H. Cuming ad Salango Columbiae occidentalis.

Proceedings. 1832. p. 199.

6. Amphidesma laeve *G. B. Sowerby.*

Amph. testā ovata, alba, laevigata, epidermide cornea, tenui induta; latere postico breviore, rotundato, antico longiore subacuminato; sulco obsoleto posticali, ab umbone ad marginem ventralem decurrente.

Long. 1·45 poll., lat. 0·35 poll., alt. 1·1 poll.

Legit H. Cuming ad Xipixapi Columbiae occidentalis.

Proceedings. 1832. p. 199.

7. Amphidesma purpurascens *G. B. Sowerby.*

Amph. testā ovali, purpurascente; margine antica rotundata, postica subacuminata, subtruncata, dorsali postica rectiuscula crenulata; costis concentricis, acutis, crenulatis, confertissimis, tenuibus, fulvis.

Long. 1·9 poll., lat. 0·65 poll., alt. 1·5 poll.

Legit H. Cuming ad St. Elenam.

Proceedings. 1832. p. 199.

8. Amphidesma punctatum *G. B. Sowerby.*

Amph. testā ovali, crassiuscula, albicante, sparsim roseo-fulvoque maculata; postice subtruncata, plica flexuosa posticali distincta; disco externo concentrice impresso-punctato; marginibus, inferiori costis nonnullis concentricis latis, dorsalibus antice et postice roseo-maculatis.

Long. 1·7 poll., lat. 0·6 poll., alt. 1·35 poll.

Legit H. Cuming ad insulas Gallapagos.

Proceedings. 1832. p. 200.

9. Amphidesma lenticulare *G. B. Sowerby.*

Amph. testā alba, lenticulari, laevigata, tenuissime radiatim striata; parte mediana anticaque striis elevatis, subconcentricis, flexuosis decussata; margine postica subflexuosa; epidermide tenuissima, flavescente.

Long. 0·87 poll., lat. 4·5 poll., alt. 0·8 poll.

Legit H. Cuming ad St. Elenam.

Proceedings. 1832. p. 200.

10. Amphidesma ellipticum *G. B. Sowerby.*

Amph. testā elliptica, alba, subobliqua, laevi, epidermide fusca; latere antico longiore, rotundato, postico breviore, oblique subtruncato; superficie concentrice leviter striata.

Long. 2 poll., lat. 0·75 poll., alt. 1·7 poll.

Testa intus alba.

Legit H. Cuming in Columbia occidentali (Monte Christe).

Proceedings. 1832. p. 200.

11. Amphidesma corrugatum *G. B. Sowerby.*

Amph. testā suborbiculari, albicante, radiatim striata, concentrice rugulosa; epidermide fusca; margine dorsali postica recta, inclinata; intus flavescente.

Long. 2·1 poll., lat. 1 poll., alt. 1·9 poll.

Legit H. Cuming in Peruvia et ad Iquiqui.

Proceedings. 1832. p. 200.

12. Amphidesma Australe *G. B. Sowerby.*

Amph. testā suborbiculari, rotundata, albicante, radiis pallide roseis nonnunquam picta, concentrice rugosa.

Long. 1 poll., lat. 0·5 poll., alt. 1 poll.

Hab. in littoribus Novae Hollandiae; legit H. Cuming ad Insulas Oceani Pacifici (Lord Hood's Island).

Proceedings. 1832. p. 200.

LXXXIII. CUMINGIA *G. B. Sowerby.*

Testa bivalvis, inaequilateralis, aequivalvis, latere antico rotundato, postico subacuminato; dentibus, cardinali in utraque valva unico, parvo, antico, lateralibus in altera valva ad utrumque latus uno, valido, in altera nullo; ligamento interno foveolae sub-cochleariformi affixo; impressionibus muscularibus duabus, lateralibus, distantibus, antica irregulari, oblonga, postica subrotundata; impressione musculari pallii sinu maximo.

Genus nominatum in memoriam H. Cuming, prope accedens ad amphidesma Lam.

Proceedings. 1833. p. 34.

1. Cumingia mutica *G. B. Sowerby.*

C. testā ovata, minutissime decussata, antice rotundata, postice acuminatiuscula; latere postico breviusculo, margine dorsali declivi.

Long.

Long. 1·2 poll., lat. 0·5 poll., alt. 0·85 poll.

Legit H. Cuming prope littora maris Pacifici (Conception, Iquiqui, Payta, Muerte).

Proceedings. 1833. p. 34.

2. Cumingia lamellosa *G. B. Sowerby.*

C. testā ovata, concentrice lamellosa, latere antico rotundato, postico subacuminato; lamellis distantibus.

Long. 0·7 poll., lat. 0·35 poll., alt. 0·55 poll.

Legit H. Cuming prope littora Oceani Pacifici (Payta, Panama).

Proceedings. 1833. p. 34.

3. Cumingia coarctata *G. B. Sowerby.*

C. testā ovali, concentrice lamellosa; latere antico altiore, rotundato; postico subacuminato, infra coarctato, margine dorsali declivi; lamellis confertis.

Long. 0·6 poll., lat. 0·3 poll., alt. 0·4 poll.

Legit H. Cuming ad sinum Caraccas.

Proceedings. 1833. p. 34.

4. Cumingia trigonularis *G. B. Sowerby.*

C. testā orbiculato-subtrigona, concentrice lamellosa; latere antico rotundato, postico acuminato, margine dorsali declivi.

Long. 0·8 poll., lat. 0·4 poll., alt. 0·7 poll.

Legit H. Cuming ad St. Elenam.

Proceedings. 1833. p. 35.

84. CAPSA Brug. (capsula Schum.)

1. Capsa altior *G. B. Sowerby.*

C. testā oblongo-subtrigona, pallescente, intus violacea, epidermide olivacea induta; marginibus dorsalibus inclinatis; latere antico rotundato-acuminato, postico subtruncato, ventrali antico rotundato, postico leviter flexuoso; umbonibus nigricanti-purpurascentibus.

Long. 3·3 poll., lat. 1·35 poll., alt. 2·3 poll.

Legit H. Cuming in Peruvia et America centrali (Gulf of Nocoiyo; a smaller variety at Tumbez).

Proceedings. 1832. p. 196.

FAM. V. VENERACEA Mke.

85. VENUS Linn. (chama Adans.; tapes et chione Mühlf.; antigona, mercenaria et tapes Schum.)

1. Venus rosalina ***Rang.***

V. testā crassa, subrotundata, lateraliter subcompressa, natibus parvis, parum prominulis; costis numerosis concentricis (circa triginta in adultis), regularibus, complanatis, infra stipatis; roseo-alba, radiis quatuor magnis roseis, ab apice marginem versus sensim latioribus, ultimo minus conspicuo, maculis quatuor elongatis brunneis; margine superiori crenulata. — *Th. M.*

Long. med. 42 millim., alt. med. 38 millim., crass. med. 25 millim.

Latus internum superne macula violacea ornatum; cardinis margo interior postice purpuratus. Impressiones musculares valde conspicuae, subluteae; impressio palliaris angusta, superficialis. — Animal subpellucidum, album: sapore grato.

Legit Rang ad littora Africae occidentalis, ad Goream insulam.

Guérin, magasin de zool. I. class. V. (nr. 42 et) pl. 42.

2. Venus gemma ***J. G. Totten.***

V. testā subrotunda, subaequilatera, nitida, concentrice striata; margine crenulato; natibus angustis, incurvis, separatis, plerumque erosis; lunula nulla; rubro-purpurea, superne et postice obscuriore, anterius et ad basin extus intusque alba vel pallide rubro-violacea. — *Th. M.*

Long. 0,15 poll. (ac si long. 0,13 esset: tunc lat. 0,12 poll., et diam. 0,6 poll. foret.)

Dentes divergentes, medius utriusque valvae triangularis, anterior valvae dextrae et posterior sinistrae exigui, parum distincti.

Legit Totten in littoribus ad Provincetown et Cape Cod in Massachusetts et ad Rhode insulam; deinde in portu Newport quoque reperta est.

Silliman American journal. Vol. XXVI. et tabulae fig. 2. a — d.

FAM. VI. LITHOPHAGA Mke.

86. PETRICOLA Lam. (rupellaria Bellev.; irus Oken.)

1. Petricola elliptica *G. B. Sowerby.*

P. testā ovato-elliptica, rufescenti-albida; radiatim costata, postice laevi; lamellis concentricis sparsis; lunula antica distincta.

Long. 1·2 poll., lat. 0·7 poll., alt. 0·9 poll.

Legit H. Cuming ad Paytam.

Proceedings. 1834. p. 46.

2. Petricola oblonga *G. B. Sowerby.*

P. testā oblongo-elliptica, pallescente; radiatim costellata; linea dorsali postica rectiuscula; lamellis concentricis pluribus, postice laevigatis.

Long. 0·9 poll., lat. 0·5 poll., alt. 0·7 poll.

Legit H. Cuming ad oras Peruviae (Pacosmayo).

Proceedings. 1834. p. 46.

3. Petricola solida *G. B. Sowerby.*

P. testā subgloboso-elliptica, pallescente, umbonibus extremitatibusque ambabus fusco-violaceis; radiatim costata, postice laevigata; lineis incrementi nonnunquam sublamellosis, postice magis eminentibus.

Long. 1·3 poll., lat. 0·8 poll., alt. 1·0 poll.

Legit H. Cuming ad oras Peruviae (Lambeyeque).

Proceedings. 1834. p. 46.

4. Petricola discors *G. B. Sowerby.*

P. testā oblongo-elliptica, brunnescente; radiatim costellata, costellis acutis, postice laevi; linea dorsali recta.

Long. 0·8 poll., lat. 0·3 poll., alt. 0·55 poll.

Legit H. Cuming ad littora Peruviae (Lambeyeque).

5. Petricola concinna *G. B. Sowerby.*

P. testā oblonga, pholadiformi, albicante; concentrice costellata; antice rotundata, radiatim sulcata; dorso declivi, alterius valvae lamella laevigata; postice acuminatiuscula, costellis concentricis, lamellosis, confertis.

Long. 0·8 poll., lat. 0·35 poll., alt. 0·35 poll.

Legit H. Cuming ad montem Christi.

Proceedings. 1834. p. 46.

6. Petricola denticulata *G. B. Sowerby.*

P. testā oblonga, pholadiformi, extus pallescente, intus ad extremitates fusco-nigricante tincta; antice subrostrata, postice rotundata; linea dorsali rectiuscula, centrali subprominula; omnino radiatim sulcata et concentrice striata, striis antice sublamellosis, denticulatis.

Var. β. abbreviata. testā breviore, striis sublamellosis, denticulatis nullis.

Long. 1·3 poll., lat. 0·6 poll., alt. 0·6 poll. — β: long. 1·1 poll., lat. 0·6 poll., alt. 0·6 poll.

Legit H. Cuming ad Paytam Peruviae. — β: ad insulam Platae.

Proceedings. 1834. p. 46.

7. Petricola rugosa *G. B. Sowerby.*

P. testā oblonga, pholadiformi, albicante; radiatim costellata, tenuissime concentrice striata; marginibus plerumque deformibus.

Long. 1·4 poll., lat. 0·55 poll., alt. 0·7 poll.

Legit H. Cuming ad balanos List., ad oras Chilenses (Conception).

Proceedings. 1834. p. 47.

8. Petricola tenuis *G. B. Sowerby.*

P. testā oblonga, pholadiformi, tenui, albicante; radiatim costellata, costellis anticis posticisque fortioribus, omnibus striis exilissimis rugulosis decussatis; latere antico brevissimo.

Long. 1· poll., lat. 0·5 poll., alt. 0·55 poll.

Legit H. Cuming ad littora Peruviae (Lambeyeque, Pacosmayo).

Proceedings. 1834. p. 47.

9. Petricola robusta *G. B. Sowerby.*

P. testā rotundato-subtrigona, subgibbosa, solidiuscula, extus rufescenti-fusca, intus nigricante; radiatim costata, costis anticis tenuioribus confertioribus, posticis alfioribus; interstitiis omnibus exilissime decussatim striatis; latere antico rotundato, postico subacuminato; margine dorsali declivi.

Long. 1·2 poll., lat. 0·8 poll., alt. 0·9 poll.

Legit H. Cuming rupibus submarinis adhaerentem, ad Panamam et ad insulam Muerte.

Proceedings. 1834. p. 47.

10. Petricola amygdalina *G. B. Sowerby.*

P. testā tenui, subhyalina, flavescente, obovata, laevi; latere antico brevissimo, angustiore; postico longiore, altiore, lamellis nonnullis elevatis distantibus ornato.

Long. 1·3 poll., lat. 0·5 poll., alt. 0·8 poll.

Legit H. Cuming meleagrinae margaritiferae Lam. testis adhaerentem, ad insulas Gallapagos (Lord Hood's Island).

Proceedings. 1834. p. 47.

87. CORBULA Brug.

1. Corbula nuciformis *G. B. Sowerby.*

C. testā ovata, crassa, ventricosa, antice rotundata, postice rostrata, obtusa; margine ventrali valvae sinistralis postice coarctata, transversim sulcata.

Long. 0·55 poll., lat. 0·35 poll., alt. 0·3 poll.

Et fossilis reperta est.

Legit H. Cuming in America centrali (at Real Llejos — foss: near Guayaquil).

Proceedings. 1833. p. 35.

2. Corbula bicarinata *G. B. Sowerby.*

C. testā ovata, depressiuscula, subaequilaterali, antice

paullo longiore, postice bicarinata; carinis ex umbone ad marginem posticam ventralem decurrentibus.

Long. 0·45 poll., lat. 0·3 poll., alt. 0·35 poll.

Legit H. Cuming ad littora Columbiae occidentalis (at Panama, Real Llejos, Caraccas and St. Elena).

Proceedings 1833. p. 35.

3. Corbula biradiata *G. B. Sowerby.*

C. testā ovato-oblonga, longitudinaliter striata, pallida; margine dorsali postica subcarinata, rufa, antica breviore, rufo-maculata; radiis binis intermediis albis.

Long. 0·6 poll., lat. 0·3 poll., alt. 0·4 poll.

Species variat animalis crassitie et colore; nonnullis color obscure sanguineus.

Legit H. Cuming ad Chiriqui et ad sinum Caraccensem.

Proceedings. 1833. p. 35.

4. Corbula nasuta *G. B. Sowerby.*

C. testā ovata, gibbosa, antice altiore, rotundata, postice rostrata, acuminata, valvis subcarinatis.

Long. 0·7 poll., lat. 0·35 poll., alt. 0·35 poll.

Legit H. Cuming ad Xipixapi.

Proceedings. 1833. p. 35.

5. Corbula ovulata *G. B. Sowerby.*

C. testā ovata, albicante, interdum roseo-tincta, antice subproducto-rotundata, postice subrostrata; extus longitudinaliter sulcata.

Long. 1· poll., lat. 0·5 poll., alt. 0·55 poll.

Legit H. Cuming ad littora Americae meridionalis (Xipixapi, Bays of Montijo and Caraccas; Real Llejos and Mazatlan).

Proceedings. 1833. p. 35.

6. Corbula radiata *G. B. Sowerby.*

C. testā subtrapeziformi, albida, prope marginem ventralem sanguineo-radiata; latere antico brevi, postico longiore, bicarinato; intus sanguinea.

Long. 0·35 poll., lat. 0·17 poll., alt. 0·25 poll.

Legit H. Cuming ad Acapulcam.
Proceedings. 1833. p. 36.

7. Corbula tenuis *G. B. Sowerby.*

C. testā oblonga, albicante, tenui; latere antico superne declivi, antice rotundato; latere postico longiore, bicarinato, postice biangulato; margine postica declivi; umbonibus subincurvis; margine dorsali postica subexcavata.

Long. 0·9 poll., lat. 0·4 poll., alt. 0·5 poll.

Legit H. Cuming in America centrali (Bay of Montijo).
Proceedings. 1833. p. 36.

ORD. V. INCLUSA Mke. (Pyloridea Blainv.)

FAM. I. MYACEA Mke.

88. LYONSIA . .

1. Lyonsia picta *G. B. Sowerby.*

L. testā obovata, tenui, postice latiore; epidermide fusca, lineis nigris undulatis picta; marginibus, antica dorsali declivi, postica dorsali rectiuscula; antica ventrali hiante, hiatu parvo, postica et postica ventrali rotundatis.

Long. 0·85 poll., lat. 0·4 poll., alt. 0·65 poll.

Quo magis testa mole increscit, eo magis irregularis forma evadit.

Legit H. Cuming ad Muerte insulam.
Proceedings. 1834. p. 88.

2. Lyonsia brevifrons *G. B. Sowerby.*

L. testā oblonga, pallescente; epidermide obscura, cornea; latere antico brevi, acuminato, postico longiore, attenuato; marginibus, dorsali postica elongata rectiuscula, dorsali antica brevi declivi, antica ventrali hiante, hiatu declivi, elongato, magno.

Long. 0·8 poll., lat. 0·3 poll., alt. 0·4 poll.

Legit H. Cuming ad St. Elenam.
Proceedings. 1834. p. 88.

89. ANATINA Lam. (rupicola Bellev.; auriscalpium Mühlf.; auriscalpium et periploma Schum.)

1. Anatina prismatica *G. B. Sowerby.*

An. testā oblonga, subtrapeziformi, crassiuscula, opaca, lamina interna prismatica; latere antico truncato, hiatu maximo; lamella utriusque valvae interna subumbonali, ex tuberculo ligamentifero decurrente, ramoque ligamenti cornei fere parallelo, antice inclinato.

Long. 2·7 poll., lat. 1·3 poll., alt. 1·8 poll.

Legit H. Cuming ad littora Oceani Palaris Meridionalis (New South Shetland).

Proceedings. 1834. p. 87.

2. Anatina costata *G. B. Sowerby.*

An. testā oblonga, alba, postice rostrata, antice rotundata; costis octo radiantibus, anticis gradatim minoribus; rostro laevi; margine ventrali crenata.

Long. 0·3 poll., lat. 0·15 poll., alt. 0·2 poll.

„In form it resembles An. longirostrata.“ quae species cum non detur, vel an. subrostrata Lam. vel an. longirostris Lam. intelligi videtur, probabiliter haec.

Legit H. Cuming ad St. Elenam.

Proceedings. 1834. p. 87.

90. PERIPLOMA Schum. (Anatinae Lam. pars.)

1. Periploma lenticularis *G. B. Sowerby.*

P. testā elliptica, lenticulari, aequivalvi, alba, impolita, tenui; epidermide tenuissima; margine dorsali antica sinuata, cum margine antica angulum superne efformante.

Long. 0·7 poll. lat. 0·3 poll., alt. 0·55 poll.

Testae latus internum splendorem argenteum exhibet, nec iridescentem.

Legit H. Cuming ad insulam Muerte.

Proceedings. 1834. p. 87.

2. Periploma planiuscula *G. B. Sowerby.*

P. testā oblonga, planiuscula, inaequivalvi, albicante,

impolita, tenuiuscula; latere antico brevi, subrugoso; marginibus, antica subdeclivi subtruncata, dorsali rectiuscula; epidermide tenui, pallescente.

Long. 2·4 poll., lat. 0·8 poll., alt. 1·8 poll.

Similis p. inaequivalvi Schum.

Legit H. Cuming ad St. Elenam.

Proceedings. 1834. p. 87.

91. SOLEMYA Lam. (Solenomya Mke.)

1. Solemya borealis *J. G. Totten.*

S. testā fragili, oblonga, utrinque rotundata; dorso recto, ad cardinem subemarginato, basi subcurvatae fere parallelo; umbonibus depressis; cardinis antici callo furcato; in margine dorsali anteriori concentrice striata, ceterum linearum fasciculis quindecim ad viginti radiata; radiis intermediis obsoletioribus multilineatis, exterioribus distinctioribus, bilineatis; epidermide obscure brunnea, in radiorum interstitiis lucidiore, nitidissima, marginem excedente, dorso utramque valvam connectente; intus cinereo-caerulea. — *Th. M.*

Long. 2,65 poll., lat. 0,85 poll., diam. 0,55 poll.

Cardo cartilagine prominula et callo elevato furcatim exciso instructus. Peraffinis solenomyae velo Say, differt magnitudine plus duplo majore, colore saturate brunneo, et calli versus musculum adductorem anteriorem profundius excisi parte posteriori oblique antrorsum versa, nec ut in illa verticali.

Legit Totten raram ad Newport Rhode insulae.

Silliman American journal. Vol. XXVI. p. 366. et tabulae fig. 1. h, i.

FAM. II. SOLENACEA Mke.

XCII. SOLENELLA *G. B. Sowerby.* (solen Linn. pars.)

Testa ovalis, aequivalvis, subaequilateralis, compressa, nitens, epidermide olivaceo-viridi, tenui induta; dentibus cardinalibus nullis, lateralibus anticis in utraque valva, tri-

bus v. quatuor, lateralibus posticis plurimis, seriem rectiusculam efformantibus, omnibus parvis acutis; impressionibus muscularibus duabus, lateralibus, subdistantibus; impressione pallii sinu magno; ligamento externo, elongato.

Genus bivalve marinum, affinis solecurto Blainv., quocum solenacearum familiam sistat. accedit ad nuculam Lam. ejusque familiam, mactraceas.

Proceedings. 1832. p. 197.

1. Solenella Norrisii *G. B. Sowerby.*

S. testā albido-caerulescente; epidermide olivaceo-viridi, zonis concentricis saturatioribus.

Long. 1·6 poll., lat. 0·4 poll., alt. 1 poll.

Nominata in memoriam Thomae Norris Lancashire-nsis.

Legit H. Cuming ad Valparaiso.

Proceedings. 1832. p. 197.

FAM. III. PHOLADEA Mkc.

93. SAXICAVA Fl. de Bellev. (sphenia Turt.; pholeobia Leach.)

1. Saxicava tenuis *G. B. Sowerby.*

S. testā oblonga, tenui, alba; epidermide pallescente; latere antico brevi, subtruncato.

Long. 0·8 poll., lat. 0·25 poll., alt. 0·4 poll.

Legit H. Cuming in rupibus corallinis ad Pacosmayo et ad Lambeyeque.

Proceedings. 1834. p. 88.

2. Saxicava purpurascens *G. B. Sowerby.*

S. testā oblonga, solidiuscula, antice brevissima, postice truncata; epidermide tenuissima, postice purpurascente.

Long. 1·1 poll., lat. 0·4 poll., alt. 0·4 poll.

Legit H. Cuming ad Muerte insulam.

Proceedings. 1834. p. 88.

3. Saxicava solida *G. B. Sowerby.*

S. testā oblonga, solida, rugosa, subirregulari, albi-

cante; epidermide cornea; latere antico brevissimo, postico elongato truncato, costis divergentibus duabus conspicuis.

Long. 1·4 poll., lat. 0·6 poll., alt. 0·8 poll.

Diagnosis secundum specimina magis irregularia; variationes nonnullae ad Payta et Muerte lectae sunt.

Legit H. Cuming in rupium fissuris, ad St. Elenam.

Proceedings. 1834. p. 88.

94. GASTROCHAENA Spengl. (roxellaria Bellev.; fistulana Brug.; trapezium Mühlf.; chaena Retz.)

1. Gastrochaena ovata *G. B. Sowerby.*

G. testā ovata, albicante, longitudinaliter striata, striis exilibus, lamellosis, formam marginis semper sequentibus; longitudine lateris antici quintam partem testae aequante.

Long. 1·2 poll., lat. 0·7 poll., alt. 0·7 poll.

Legit H. Cuming ad spondylos L., in sinu Panamensi (Isle of Perico) et ad insulam Platae.

Proceedings. 1834. p. 21.

2. Gastrochaena truncata *G. B. Sowerby.*

G. testā oblonga, postice rotundato-truncata, striata, sordide albicante; epidermide tenui lamellosa postice tecta; latere antico brevissimo, subacuminato.

Long. 1·4 poll., lat. 0·7 poll., alt. 0·7 poll.

Legit H. Cuming ad spondylos L., in sinu Panamensi (Isle of Perico).

Proceedings. 1834. p. 21.

3. Gastrochaena brevis *G. B. Sowerby.*

G. testā breviter ovata, tenui, pellucida, striata, striis exilissimis; longitudine lateris antici octavam partem testae aequante.

Long. 0·8 poll., lat. 0·5 poll., alt. 0·5 poll.

Legit H. Cuming ad insulas Gallapagos et apud insulam Lord Hood's dictam.

Proceedings. 1834. p. 21.

4. Gastrochaena rugulosa *G. B. Sowerby.*

G. testā oblonga, albida, striata, rugulosa, striis anti

cis prope marginem hiantem confertis, acutis; hiatu longissimo.

Long. 0·8 poll., lat. 0·3 poll., alt. 0·4 poll.

Legit H. Cuming cum g. brevi Sow. ad insulas Gallapagos et apud insulam Lord Hood's dictam.

Proceedings. 1834. p. 22.

5. Gastrochaena hyalina *G. B. Sowerby.*

G. testā ovali, albida, hyalina, laevi, dorso longitudinaliter striato; latere antico brevi; hiatu duos trientes testae aequante.

Long. 0·55 poll., lat. 0·25 poll., alt. 0·3 poll.

Legit H. Cuming cum g. brevi Sow. et rugulosa Sow. ad insulam Lord Hood's dictam.

Proceedings. 1834. p. 22.

95. PHOLAS Linn. (Martesia et xylotrya Leach.)

1. Pholas cruciger *G. B. Sowerby.*

Ph. testā oblonga, scabra, marginibus antica ventrali aperta, antica dorsali reflexa; valva accessoria solitaria, postica, transversa.

Long. 1·7 poll., lat. 0·65 poll., alt. 0.7 poll.

Legit H. Cuming ad oras Columbiae occidentalis (Island of Puna in the Gulf of Guayaquil; Bay of Caraccas) et Americae centralis (Gulf of Nocoiyo).

Proceedings. 1834. p. 69.

a. Pholadis Chiloensis Linn.

Var. parva. testā parva, tenuiore. *(G. B. Sow.)*

Long. 1·6 poll., lat. 0·6 poll., alt. 0·6 poll.

Legit H. Cuming ad insulam Plata Columbiae occidentalis.

Proceedings. 1834. p. 69.

2. Pholas subtruncata *G. B. Sowerby.*

Ph. testā ovato oblonga, scabra, postice rotundato-subtruncata, laevi; margine antica ventrali hiatu maximo; valva accessoria solitaria, antica, lanceolata, antice acuminata.

Long. 1·9 poll., lat. 0·9 poll., alt. 0·8 poll.

Valde similis ph. parvae Montag.

Legit H. Cuming ad Platam insulam Columbiae occidentalis.

Proceedings. 1834. p. 69.

3. Pholas calva *J. E. Gray* mss. *(G. B. Sowerby.)*

Ph. testā ovata, antice retusa, postice subacuminata, hiante; valvis singulis in areas tres divisis; areis, antica scabriuscula; intermedia epidermide cornea longitudinaliter striata induta; postica squamis corneis, postice rotundatis, imbricatis, laevibus, gradatim minoribus ornata; parte antica ventrali clausa laevigata; valva accessoria antica dorsali maxima, laevi, quinquelobata; marginibus dorsali ventralique posticis epidermide corneo-testacea obtectis.

Var. β: nana. *(G. B. Sow.)*

Long. 2· poll., lat. 1· poll., alt. 1·1 poll. — β: long. 0·5 poll., lat. 0·25 poll., alt. 0·25 poll.

Testae junioris pars antica ventralis aperta, hiatu maximo; valva accessoria nulla, margines dorsalis ventralisque posticae, haud obtectae. long. 1·5 poll., lat. 0·7 poll., alt. 0·7 poll.

Legit H. Cuming spondylis L. inhaerentem, ad sinum Panamae.

Proceedings. 1834. p. 69.

4. Pholas acuminata *G. B. Sowerby.*

Ph. testā ovata, antice rotundata, postice acuminata, hiatu minimo; valvis singulis in areas tres divisis; areis, antica scabriuscula; intermedia epidermide cornea longitudinaliter striata induta; postica squamis corneis, postice acuminatis, imbricatis, laevibus, gradatim minoribus ornata; parte antica ventrali clausa, laevigata; valva accessoria antica dorsali magna, subtetragona, antice unilobata; marginibus ventrali dorsalique epidermide corneo-testacea obtectis, tegmine dorsali antice inflato.

Long. 2· poll., lat. 0·9 poll., alt. 0·9 poll.

Idem discrimen inter juveniles et adultas testas intercedit quod in ph. calva Gray (Sow.) nr. 3.

Legit H. Cuming ad Panamam.

Proceedings. 1834. p. 70.

5. Pholas melanura *G. B. Sowerby.*

Ph. testā ovata, antice rotundata, postice obtusa, hiatu mediocri; valvis fascia impressa transversim sulcata dimidiatis; areis, antica oblique divisa, parte postica dorsali radiatim corrugata, parte antica ventrali tenuiore, inflata; postica longitudinaliter striata, postice epidermide nigra induta; margine dorsali antica inflato-reflexa; valvis accessoriis duabus, posticis, subtrigonis, superne fornicatis.

Long. 1·4 poll., lat. 0·75 poll., alt. 0·8 poll.

Legit H. Cuming ad montem Christi Columbiae occidentalis.

Proceedings. 1834. p. 70.

6. Pholas tubifera *G. B. Sowerby.*

Ph. testā oblonga, postice subattenuata, subtruncata, antice rotundata; valvis fascia transversim sulcata dimidiatis; areis, antica oblique divisa, parte postica dorsali radiatim sulcata, decussata, parte antica ventrali tenuiore, subinflata; postica longitudinaliter striata; margine dorsali antica reflexo-inflata; valvis accessoriis dorsalibus duabus, posticis, subovatis; epidermide postice in duas valvas planulatas decurrente, deinde in tubulum calcareum ad extremam partem conspicuum.

Long. 1·3 poll., lat. 0·5 poll., alt. 0·45 poll.

Similis ph. papyraceae . . — Testa intermediae aetatis tubulo caret.

Legit H. Cuming ad sinum Caraccensem Columbiae occidentalis.

Proceedings. 1834. p. 71.

7. Pholas quadra *G. B. Sowerby.*

Ph. testā oblonga, tenuissima, antice inflata, rotundata, postice subattenuata, subtruncata; valvis fascia transversim

sulcata dimidiatis; areis, antica oblique divisa, parte postica dorsali concentrice lamellosa, lamellis squamuliferis, parte antica ventrali tenuiore, inflata, radiatim obsolete costellata; postica longitudinaliter sulcata; margine dorsali antica concavo-reflexa, musculum recipiente, epidermide obtecta; epidermide postice in vesiculas quatuor, undique duas, decurrente, deinde in tubulum calcareum ad extremam partem conspicuum.

Var. testā parva, margine dorsali antica inflato-reflexa.

Long. 1· poll., lat. 0·3 poll., alt. 0·3 poll.

Juvenes tubulo aliisque et accessoriis partibus carent.

Legit H. Cuming in lapidibus, ad montem Christi Columbiae occidentalis.

Proceedings. 1834. p. 71.

8. Pholas curta *G. B. Sowerby.*

Ph. testā ovali, postice acuminata, antice rotundata; valvis fascia transversim sulcata dimidiatis; areis, antica oblique divisa, parte postica dorsali longitudinaliter striata et radiatim corrugata, parte antica ventrali tenuiore, subinflata; postica concentrice striata; valva accessoria solitaria, dorsali, antica, utraque extremitate subacuminata, medio coarctata; marginibus ventrali dorsalique epidermide corneo-testacea obtectis, parte dorsali postice furcata.

Long. 0·6 poll., lat. 0·3 poll,. alt. 0·35 poll.

Legit H. Cuming in saxis mollibus ad littora Columbiae occidentalis (Isle of Lions, Province of Veragua).

Proceedings. 1834. p. 71.

9. Pholas cornea *G. B. Sowerby.*

Ph. testā oblonga, tenui, antice rotundata, postice obtusa; epidermide tenui cornea induta; valvis fascia dimidiatis; area antica oblique divisa, parte postica dorsali rugosiuscula, parte antica laevi; area postica majore, laevigata; valvis accessoriis tribus, antica dorsali rotundata, postice subemarginata, antice subacuminata; hiatu postico magno.

Long. 0·9 poll., lat. 0·5 poll., alt. 0·5 poll.

Legit H. Cuming in trunco arboris ad littora Columbiae occidentalis (Chiriqui in the province of Veragua).

Proceedings. 1834. p. 72.

FAM. IV. TUBICOLA Mke. (Adesmacea Blainv.)

96. CLAVAGELLA Lam.

1. Clavagella elongata *W. J. Broderip.*

Cl. camerā elongato-ovata; valva libera elongata, subtrigona, convexa, externe concentrice valde rugosa, intus nitente; umbone acuto.

Mensura desideratur.

Deinde etiam in: Transact. of the zool. soc. of London. Vol. I. P. III. 1835. p. 265. et tab. XXXV. fig. 1 — 4.

E museo Goldsmid. — Hab. in Oceano Pacifico?

Proceedings. 1834. p. 116.

2. Clavagella lata *W. J. Broderip.*

Cl. camerā rotundato-ovata; valva libera latiuscula, subtrigona, subconvexa, externe concentrice rugosa, intus nitente; umbone subrotundato.

Mensura desideratur.

Deinde etiam in: Transact. of the zool. soc. of Lond. Vol. I. P. III. 1835. p. 265. et tab. XXX. fig. 8 — 10; anim. fig. 11 — 16.

Legit H. Cuming in Oceano Pacifico.

Proceedings. 1834. p. 116. et p. 111.

3. Clavagella Melitensis *W. J. Broderip.*

Cl. testā subrotundata, rugosa, intus subnitente; tubo longitudinaliter corrugato.

Mensura desideratur.

Deinde etiam in: Transact. of the zool. soc. of Lond. Vol. I. P. III. 1835. p. 265. et tab. XXXV. fig. 5 — 8.

E musеis H. Cuming et Miller. — Hab. ad Melitam.

Proceedings. 1834. p. 116.

Sect.

Appendix.

(Class. I. acephalorum Mke.)

Cirrhipeda Lam. (Cirripedia Mke.; Bostrychopoda Mke.; Nematopoda Blainv.)

ORD. I. CIRRIPEDIA SESSILIA Mke. (Balanidea Blainv.; Dibranchia Latr.; Ollata Schum.; Acamptosomata Leach.)

FAM. IV. POLLICIPEDIA Mke. (Pollicipedidae Gray.)

97. POLLICIPES Hill. (polylepas B. Blainv.; ramphidione Schum.)

1. Pollicipes ruber *G. B. Sowerby.*

P. testā irregulariter subtrigona, rubra, antice subtusque pallidiore; valvis superioribus majoribus, planulatis, subtrapeziformibus, superne acuminatis; dorsali magna, sagittata, dorso rotundato-carinato; pedunculo squamulis minimis obtecto.

Long. 2 v. 3 poll. („inches".)

Legit H. Cuming ad littora Peruviae (Inner Lobos Island).

Proceedings. 1833. p. 74.

2. Pollicipes polymerus *G. B. Sowerby.*

P. testā obtuse subtrigona; valvis laevibus, substriatis, superioribus quatuor majoribus, convexis, subtrapeziformibus, apice postice acuminato, basi subtruncato, reliquis plurimis plerumque subtrigonis; pedunculo squamulis minimis resupinatis obtecto.

Mensura desideratur.

Legit H. Cuming ad oras Californiae.

Proceedings. 1833. p. 74.

Opera citata.

Quae ipse vidi, sueto more interjectionis signo (!) notavi.

---

1. Proceedings of the committee of science and correspondence of the zoological society of London. P. I. 1830, 1831. P. II. 1832. (London.) 8 (!)
2. Proceedings of the zoological society of London. P. I. 1833. P. II. 1834. (London.) 8 (!)
3. J. C. Loudon: the magazine of natural history, and journal of zoology, botany, mineralogy, geology and meteorology. Vol. VII. 1834. London. 1834. 8 (!) cum figg. lign.
4. The transactions of the Linnean society of London. Vol. XVII. P. I. London. 1834. 4 (!) cum tabb. aen.
5. Narrative of an expedition through the upper Missisippi to Itasca lake etc. in 1832. Under the direction of H. R. Schoolcraft. New-York. 1834. 8 (!)
6. The American journal of science and arts. Conducted by B. Silliman. Vol. XXV. January, 1834. New Hawen etc. 8 (!) cum tabb. lth. — Art. IX. Description of some New Species of Fresh Water Shells from Alabama, Tennessee etc. by T. A. Conrad.
7. Idem. Vol. XXVI. July, 1834. New Hawen etc. 8 (!) cum tabb. lth. — Art. XI. Description of some new Shells, belonging to the coast of New England, by J. G. Totten.
8. T. A. Conrad: New Fresh Water Shells of the United States, and a monograph of the genus anculotus of Say; also a synopsis of the American naiades. Philadelphia. 1834. 8 (!) cum VIII tab. lth. col.
9. Ch. Bélanger: Voyage aux Indes-Orientales, par le Nord de l'Europe etc. pendant les années 1825, 1826, 1827, 1828 et 1829. Zoologie, par MM. Bélanger, Is. Geoffroy-Saint-Hilaire, Lesson, Valenciennes, Deshayes et Guérin. Paris. 1834. 8 (!) cum tabb. aen.
10. L. C. Kiener: Species général et iconographie des coquilles vivantes, comprenant le musée Massena, la collection Lamarck, celle du muséum d'histoire naturelle et les découvertes récentes des voyageurs. A Paris et Londres. Livrais. I — VIII. 1834. 8mj. (!) (aut 4.) cum tabb. aen. col.

11. F. E. Guérin: Magasin de zoologie, journal destiné a établir une correspondance entre les zoologistes de tous les pays etc. IVième année. Livrais. I — III. A Paris. 1834. 8 (!) cum tabb. aen. col. (Sine paginarum numeris. Nunquam refertur, species num novae sint.)

12. R. P. Lesson: Illustrations de zoologie, ou choix de figures peintes d'après nature des espèces inédites et rares d'animaux, récemment découvertes etc. Livrais. I — XVII. Paris. (1834!) 8mj. (!) cum tabb. aen. col. (Sine paginarum numeris.)

13. . . Farines: Description de trois espèces nouvelles de coquilles vivantes du département des Pyrénées Orientales; lue à la société philomathique de Perpignan. A Perpignan. 1834. 8. cum I tab. lth. — Epitome in libro sequente, p. 118.

14. Annales des sciences naturelles etc. Rédigées pour la zoologie par Audouin et Milne-Edwardes et pour la botanique par Ad. Brongniart et Guillemin. Serie II. T. II. zool. Paris. 1834. 8mj. (!) cum tabb. aen.

15. F. H. Troschel: diss. zool. (inaug. phil.) de limnaeaeeis seu de gasteropodis pulmonatis quae nostris in aquis vivunt. Berolini. 1834. 8 (!) — Mutato titulo exstat in bibliopolio.

* * *

16. . . Swainson: exotic conchology, or figures and descriptions of rare, beautiful or undescribed shells. P. I. . . 1834. 4. cum VIII tab. aen.

17. J. Lea: observations on the genus Unio together with descriptions of new genera and species in the families Najades, Conchae, Colemaceae, Lymneanae, Melanianae and Peristomeanae. Ed. nova. . . 1834. . .

18. . . D'Audebard de Férussac et . . d'Orbigny: histoire générale et particulière des mollusques, publiée par Monographies; contenant la monopraphie des Céphalopodes cryptodibranches. Livrais. I — III. Paris. 1834. . . cum tabb. aen. (Testaceorum vix nova continebit.)

Index

nominum et synonymorum.

	Pag.
Abra Leach	221
Acamptosomata Leach. ord.	241
Acephala Mke. sect.	174
Acera Mke. fam.	2
Achatina Lam.	31
— dactylus Brod.	31
— Saulcydi Joann.	31
Achatina Lam. pars	32
Aciona Leach	59
Acteon Montf.	59
— trifidus Tott.	59
Adelopneumona Gray. ord.	3
Adesmacea Blainv. fam.	240
Alasmidonta Rafin.	196
Alasmodonta Say	196
— radiata Conr.	196
Amphidesma Lam.	221
— Australe Sow.	224
— corrugatum Sow.	224
— ellipticum Sow.	223
— formosum Sow.	222
— laeve Sow.	222
— lenticulare Sow.	223
— pallidum Sow.	222
— pulchrum Sow.	221
— punctatum Sow.	223
— purpurascens Sow.	223
— roseum Sow.	221
— rupium Sow.	221
Amphiperas Gronov.	128
Anatina Lam.	232
— costata Sow.	232
— prismatica Sow.	232
Anatina Lam. pars	232
Anculosa (Conr.?)	39
— picta Conr.	39; 40
Anculotus Say	39; 40
— angulatus Conr.	40
— melanoides Conr.	42
— monodontoides Conr.	41
— nigrescens Conr.	42
— pictus Conr.	39; 40
Anculotus plicatus Conr.	40
— pumilus Conr.	41
— taeniatus Conr.	41
Ancylea Mke. fam.	2
Ancylus Geoffr.	2
— filosus Conr.	2
— obliquus Brod.	2
Annularia Schum.	37
Anodon Oken	193; 195
— Parishii Gray	195
— penicillatus Gray	195
— porcifer Gray	195
Anodonta Lam.	193; 195
— corpulenta Coop.	193
— declivis Conr.	194
— subvexa Conr.	194
— teres Conr.	194
Anodonta Rafin.	193; 195
Antigona Schum.	226
Apollon Montf.	99
Apomatostoma Mke. subord.	124
Aporobranchiata Blainv. class.	1
Arca Linn.	179
— auriculata Sow.	181
— biangulata Sow.	181
— brevifrons Sow.	183
— cardiiformis Sow.	183
— concinna Sow.	180
— emarginata Sow.	180
— formosa Sow.	181
— labiata Sow.	182
— labiosa Sow.	182
— multicostata Sow.	182
— nux Sow.	179
— obesa Sow.	182
— quadrilatera Sow.	183
— reversa Gray (Sow.)	180
— tuberculosa Sow.	179
Arca Oken	179
Arcacea Mke. fam.	179
Arcinella Schum.	212
Aspidobranchia Mke. ord.	141

	Pag.
Auriscalpium Mühlf.; Schum.	232
Aviculacea Mke. fam.	179
Axinaea Oken	188
Balanidea Blainv. ord.	241
Bostrychopoda Mke. (app.)	241
Bostrychopoda sessilia Mke. ord.	241
Brachiopoda Mke class.	174
Branchifera Blainv. fam.	152
Buccinea Mke. fam.	60
Buccinum Adans.	60
— aciculatum Lam.	139
— alveolatum Kien.	64
— Australe Sow.	139
— Balangeri Kien.	64
— Bainvillei Desh.	60
— clathratum Kien.	70
— clausiliforme Kien.	65
— conoidale Desh.	61
— cronatum Brug. var. Qu. et Gaim.	67
— Cuvieri Payr. var. Kien.	69
— Delalandii Kien.	63
— elegans Kien.	66
— felinum Dillw.	139
— fusiforme Kien.	62
— Gayii Kien.	68
— globulosum Kien.	63
— globulosum Qu. et Gaim.	63; 70
— graniferum Kien.	70
— hirtum Kien.	67
— Humphreysianum Benn.	62
— Jacksonianum Kien.	67
— lacteum Kien.	66
— Lamarkii (!) Kien.	62
— melanoides Desh.	60
— monile Kien.	67
— mutabile Linn.	70
— olivaceum Brug.	66
— oliviforme Kien.	68
— ornatum Kien.	69
— politum Bast. vivum	61; 64
— politum Lam.	65; 139
— punctatum Kien.	69
— Quoyii Kien.	63
— Roissyi Desh.	61
— rufulum Kien.	69
— stolatum Wood	69
— sulcatum Kien.	68
— suturale Lam.	66
— Tahitense Gmel.	139
— testudineum Chemn. var. Qu. et Gaim.	64
Buccinum tigrinum Kien.	64
— unicolorum Kien.	66
— unifasciatum Kien.	69
— ventricosum Kien.	61
— ventricosum Lam.	62; 69
— viverratum Kien.	65
Buccinum Schum.	70
Bufo Montf.	99
Bufonaria Schum.	99
Bulimus Scop.	12; 14; 16
— apiculatus Gray	15
— atomatus Gray	14
— Burchellii Gray	16
— crassilabris Gray	15
— pullus Gray	15
— rhodostomus Gray	15
Bulinus Adans.	35
Bulinus Stud.	14; 16
— Adamsonii Gray	30
— affinis Brod.	20
— albicans Brod.	20
— albus Sow.	28
— — var.	28
— badius Sow.	31
— bicolor Sow.	31
— bilineatus Sow.	26
— Broderipii Sow.	16
— — var.	16
— cactivorus Brod.	17
— calvus Sow.	27
— — var.	27
— Chilensis Sow. jun.	24
— chrysalidiformis Sow.	26
— conspersus Sow.	28
— — var.	28
— Coquimbensis Brod.	17
— corneus Sow.	26
— coturnix Sow.	17
— decoloratus Sow.	29
— derelictus Brod.	22
— discrepans Sow.	27
— erosus Brod.	21
— erythrostoma Sow.	26
— granulosus Brod.	17
— granulosus Rang	17
— guttatus Brod.	18
— Jacobi Sow.	29
— Laurentii Sow.	25
— — var. β.	25
— leucostoma Sow.	30
— Luzonicus Sow.	28
— — var.	28

	Pag.
Bulinus modestus Brod.	20
— mutabilis Brod.	23
— — var.	23
— nitidus Brod.	18
— nux Brod.	24
— pallidior Sow.	27
— Panamensis Brod.	19
— proteus Brod.	22
— — var. β.	22
— — var. γ.	22
— — var. δ.	23
— pruinosus Sow.	25
— pulchellus Brod.	21
— punctulifer Sow.	24
— pustulosus Brod.	19
— rubellus Brod.	24
— rugiferus Sow.	25
— scabiosus Sow.	30
— scalariformis Brod.	19
— — var.	19
— scutulatus Brod.	20
— striatulus Sow.	29
— tigris Brod.	22
— translucens Brod.	18
— turritus Brod.	21
— unicolor Sow.	29
— unifasciatus Sow.	25
— ustulatus Sow.	27
— — var.	27
— varians Brod.	22
— versicolor Brod.	23
— — var.	23
— vexillum Brod.	19
— vittatus Brod.	18
Bulla Linn.	2
— hyalina Turt.	3
— zonata Turt.	2
Bullinus Oken	35
Byssoarca Swains.	184
— alternata Sow.	184
— decussata Sow.	186
— divaricata Sow.	185
— illota Sow.	186
— lithodomus Sow.	184
— lurida Sow.	187
— maculata Sow.	185
— mutabilis Sow.	185
— Pacifica Sow.	184
— parva Sow.	188
— pusilla Sow.	187
— solida Sow.	186
— truncata Sow.	187

	Pag.
Byssoarca velata Sow.	186
Calpurnus Montf.	128
Calypeopsis Less.	141
Calyptraea Lam.	141
— arenata Brod.	150
— cepacea Brod.	142
— conica Brod.	147
— cornea Brod.	143
— corrugata Brod.	142
— dilatata Lam. var. (Brod.)	148 bis.
— dorsata Brod.	147
— echinus Brod.	148
— excavata Brod.	150
— foliacea Brod.	147
— hispida Brod.	144
— hystrix Brod.	149
— imbricata Brod.	143
— incurva Brod.	150
— Lessonii Brod.	149
— lichen Brod.	146
— lignaria Brod.	144
— — var. β.	144
— maculata Brod.	145
— mamillaris Brod.	146
— marginalis Brod.	151
— pallida Brod.	149
— radiata Brod.	143
— rudis Brod.	141
— serrata Brod.	145
— — var.	145
— sordida Brod.	145
— squama Brod.	151
— striata Brod.	147
— strigata Brod.	148
— tenuis Brod.	144
— unguis Brod.	146
— varia Brod.	142
Calyptracea Blainv. fam.	141
Calyptraeacea Mke. subord.	141
Calyptrus Montf.	141
Cancellaria Lam.	72
— acuminata Sow.	76
— brevis Sow.	75
— buccinoides Sow.	77
— bulbulus Sow.	79
— bullata Sow.	73
— cassidiformis Sow.	76
— chrysostoma Sow.	78
— clavatula Sow.	74
— decussata Sow.	78
— gemmulata Sow.	78
— goniostoma Sow.	73

	Pag.
Cancellaria haemastoma Sow.	77
— indentata Sow.	77
— mitriformis Sow.	73
— obesa Sow.	74
— ovata Sow.	76
— pulchra Sow.	72
— rigida Sow.	75
— solida Sow.	72
— tessellata Sow.	74
— tuberculosa Sow.	73
— uniplicata Sow.	79
Cancellarius Montf.	72
Capsa Brug.	225
— altior Sow.	225
Capsula Schum.	225
Capulea Mke. fam.	141
Cardiacea Mke. fam.	216
Cardiacea Mke. ord.	212
Cardita Lam.	209
— affinis Sow.	211
— Cuvieri Brod.	209
— laticostata Sow.	210
— muricata Sow.	211
— radiata Sow.	211
— spurca Sow.	211
— tricolor Sow.	210
— tumida Brod.	210
— varia Brod.	210
Carditacea Mke. fam.	209
Cardium Linn.	216
— aspersum Sow.	220
— consors Sow.	219
— Cumingii Brod.	216
— elatum Sow.	217
— laticostatum Sow.	219
— maculosum Sow.	219
— multipunctatum Sow.	218
— multistriatum Sow.	220
— obovale Sow.	217
— orbita Sow.	216
— Panamense Sow.	219
— planicostatum Sow.	217
— procerum Sow.	216
— senticosum Sow.	218
— unimaculatum Sow.	218
— — var. β. immacul.	218
Carocolla Lam.	13
— globosa Brod.	13
— Novae Hollandiae Gray	14
— quadridentata Brod.	14
Cephalophora Mke. sect.	1
Chaena Retz	235
Chama Adans.	226
Chama Linn.	212
— corrugata Brod.	214
— echinata Brod.	215
— frondosa Brod.	212
— — var. β.	212
— — var. γ.	213
— imbricata Brod.	214
— — var. β. nana	214
— lobata Brod.	213
— Pacifica Brod.	213
— pellucida Brod.	213
— producta Brod.	214
— sordida Brod.	215
— spinosa Brod.	215
Chama Schum.	212
Chamacea Mke. fam.	212
Chersina abbreviata Humphr.	28
Chione Mühlf.	226
Chiton Linn.	162
— articulatus Sow.	170
— bipunctatus Sow.	170
— Blainvillii (!) Brod.	164
— catenulatus Sow.	170
— Chiloënsis Sow.	167
— Columbiensis Sow.	168
— crenulatus Brod.	165
— dispar Sow.	168
— Elenensis Sow.	164
— exiguus Sow.	170
— Frembleii (!) Brod.	165
— Goudallii Brod.	162
— graniferus Sow.	171
— Grayii Sow.	167
— hirudiniformis Sow.	169
— Janeirensis .. var. (Gray)	164
— laevigatus Sow.	169
— limaciformis Sow.	164
— luridus Sow.	163
— Lyellii Sow.	163
— punctulatissimus Sow.	169
— — var.	169
— pusillus Sow.	166
— pusio Sow.	171
— retusus Sow.	166
— roseus Sow.	167
— rugulatus Sow.	168
— scabriculus Sow.	166
— setosus Sow.	165
— Stokesii Brod.	162
— stramineus Sow.	171
— subfuscus Sow.	163

	Pag.
Chiton subfuscus Sow. var. β.	163
— Swainsoni Sow.	165
Chitonacea Mke. fam.	162
Cirrhipeda Lam. (app.)	241
Cirrhobranchia, fam. Goldf.	172
Cirrhobranchia, ord. Blainv.	172
Cirripedia Mke. (app.)	241
Cirripedia sessilia Mke. ord.	241
Clathrus Oken	59
Clavagella Lam.	240
— elongata Brod.	240
— lata Brod.	240
— Melitensis Brod.	240
Cleodora Lam.	1
— balantium Rang.	1
Cliodora Pér. et Less.	1
Cochleae Fér. fam.	3
Coelopnoa gymnostoma Mke. ord.	3
Coelopnoa operculata Mke. ord.	37
Colombella Lam.	80
— strombiformis Lam.	90
Colubraria Schum.	99
Columbella auct.	80
— angularis Sow.	89
— bicanalifera Sow.	81
— buccinoides Sow.	81
— castanea Sow.	89
— coronata Sow.	81
— costellata Sow.	88
— dorsata Sow.	91
— elegans Sow.	82
— fluctuata Sow.	84
— fulva Sow.	83
— fuscata Sow.	88
— gibberula Sow.	83
— guttata Sow.	88
— haemastoma Sow.	85
— — var. nana	85
— harpiformis Sow.	80
— lanceolata Sow.	85
— livida Sow.	87
— lyrata Sow.	82
— maculosa Sow.	85
— major Sow.	90
— maura Sow.	87
— nigro-punctata Sow.	87
— obtusa Sow.	87
— procera Sow.	90
— pulcherrima Sow.	80
— pygmaea Sow.	90
— pyrostoma Sow.	86
— recurva Sow.	84
Columbella rugosa Sow.	84
— scalarina Sow.	86
— spurca Sow.	81
— sulcosa Sow.	89
— turrita Sow.	83
— uncinata Sow.	82
— unicolor Sow.	91
— unifasciata Sow.	83
— varia Sow.	86
— varians Sow.	88
— versicolor Sow.	91
Columbus Montf.	80
Conchacea Blainv. ord.	212
Conchifera Lam. class.	176
Conea Mke. fam.	118
Conus Linn.	118
— Algoënsis Sow.	122
— archon Brod.	120
— aulicus Linn. var. rosea (Sow.)	122
— brunneus Wood.	123
— — var. (Sow.)	123
— concinnus Brod.	119
— diadema Sow.	123
— ferrugatus Sow.	124
— geographus Linn. var. (Brod.)	121
— gladiator Brod.	121
— luteus Brod.	119
— Luzonicus Brug. var. (Sow.)	123
— monilifer Sow.	120
— musivum Brod.	120
— nanus Brod.	119
— nivifer Brod.	119
— — var. α.	119
— — var. β.	119
— nussatella Linn. var. tenuis (Sow.)	122
— nux Brod.	120
— Orion Brod.	121
— — var.	121
— princeps .. var. α. (Brod.)	122
— — var. β. (Brod.)	122
— — var. γ. (Brod.)	122
— pulchellus Sow.	123
— purpurascens Brod.	121
— recurvus Brod.	120
— Regalitatis Sow.	124
— sponsalis Chemn. var.	120
— tendineus Brug. var. granulosa (Sow.)	122
— tiaratus Brod.	118
— tornatus Brod.	118
Conus Schum.	118

Cor-

	Pag.
Corbula Brug.	229
— bicarinata Sow.	229
— biradiata Sow.	230
— nasuta Sow.	230
— nuciformis Sow.	229
— ovulata Sow.	230
— radiata Sow.	230
— tenuis Sow.	231
Cornea Mühlf.	220
Craniacea Mke. fam.	175
Crassatella Lam.	212
— gibbosa Sow.	212
— undulata Sow.	212
Crassatellacea Mke. fam.	212
Crenatula Lam.	179
— Travisii Turt. (Bean?)	179
Crepidopoda Goldf. subord.	162
Crepidula Lam.	141
— aculeata Lam. var. (Brod.)	149
— fornicata Sow.	149
— nautiloides Less.	141
— unguiformis Lam. var. (Brod.)	151
Crepidula Less.	141
Crepipatella Less.	141
Crucibulum Schum.	141
Ctenobranchia Mke. ord.	39
Cumingia Sow.	224
— coarctata Sow.	225
— lamellosa Sow.	225
— mutica Sow.	224
— trigonularis Sow.	225
Cycladea Mke. fam.	220
Cyclas Drap.	220
— straminea Conr.	220
Cyclobranchia Mke. ord.	160
Cyclostoma Lam.	37
— aurantiacum Desh.	38
— Cumingii Sow.	37
— flavum Brod.	38
— Indicum Desh.	38
— minutissimum Sow.	37
— succineum Sow.	37
Cyclostoma Schum.	59
Cyclostomacea Mke. fam.	37
Cynodona Schum.	106
Cyphoxis Rafin.	179
Cypraea Adans.	129
Cypraea Linn.	129
— Broderipii Gray	132
— contaminata Gray	131
— Cumingii Gray	131
— Goodallii Gray	129
Cypraea Maugeri Gray	130
— — var. β.	131
— Pacifica Gray	130
— rubescens Gray	130
Dactylus Schum.	59
Daudebardia Hartm.	3
Dentalium Linn.	172
— perpusillum Sow.	172
— quadrangulare Sow.	172
— — var.	172
— semistriolatum Guild.	173
— — var. β.	173
— Sowerbyi Guild.	173
— splendidum Sow.	172
— tesseragonum Sow.	172
— — var. β.	172
Dibranchia Latr. ord.	241
Dicera Mke. trib.	32
Dicranobranchia Gray fam.	152
Dimya Mke. suhord.	179
Discina Lam.	175
Dispotaea Say	141
Donacilla Lam.	221
Eburna pars β. Schum.	132
Elatobranchia Mke. class.	176
Entomostomata Blainv. subord.	60
Eulima Riss.	48
— acuta Sow.	51
— Anglica Sow.	50
— articulata Sow.	51
— brevis Sow.	49
— brunnea Sow.	49
— hastata Sow.	49
— imbricata Sow.	49
— interrupta Sow.	48
— labiosa Sow.	50
— lineata Sow.	51
— major Sow.	50
— marmorata Sow.	48
— pusilla Sow.	50
— splendidula Sow.	48
— subangulata Sow.	50
— varians Sow.	51
Fasciolaria Lam	106
— granosa Brod.	106
— Fasciolaria Montf.	106
Fissurella Lam.	152
— aequalis Sow.	158
— affinis Gray (Sow.)	155
— — var. β.	156
— aspera Sow.	158
— asperella Sow.	159

	Pag.
Fissurella biradiata Frembl. (Sow.)	153
— Chemnitzii Sow.	157
— Chilensis Sow.	154
— clypeus Sow.	160
— crenifera Sow.	160
— fulvescens Sow.	158
— Graeca Lam.	157
— grandis Sow.	152
— inaequalis Sow.	156
— lata Sow.	153
— latimarginata Sow.	157
— limbata Sow.	152
— macrotrema Sow.	155
— — var. β.	155
— — var. γ.	155
— — var. δ.	155
— maxima Sow.	152
— microtrema Sow.	156
— mutabilis Sow.	159
— nigrita Sow.	158
— nigropunctata Sow.	155
— — var. β.	155
— obscura Sow.	154
— oriens Sow.	153
— — var. β.	154
— Panamensis Sow.	159
— pica Sow.	156
— — var.	156
— picta Lam. (Sow.)	152
— pulchra Sow.	153
— — var.	153
— Ruppellii Sow.	159
— trapezina Sow.	157
— virescens Sow.	154
Fissurellus Montf.	152
Fistulana Brug.	235
Fulgur Montf.	106
Fusus Lam.	107
— fenestratus Turt.	107
— pagoda Less.	108
— Turtoni Bean	107
Fusus Montf.; Schum.	107
Gasteropoda Mke. class.	2
Gasteropodophora Gray class.	2
Gastrochaena Spengl.	235
— brevis Sow.	235
— hyalina Sow.	236
— ovata Sow.	235
— rugulosa Sow.	235
— truncata Sow.	235
Geophila Mke. subord.	3
Globulus Schum.	53
Goniclis Rafin.	160
Gymnoplax Gray	162
Gyrina Schum.	99
Harpa Lam.	79
— Rivoliana Less.	79
— rosea Lam. adult. (Kien.)	80
Helcion Montf.	160
Helicea Mke. fam.	3
Helicophanta Pfeiff.	3
— Falconeri Reeve (Gray)	3
Helix Linn.	6
— auridens Rang	11
— Belangeri Desh.	10
— Campbellii Gray	7
— castanea Müll.	5
— citrina Linn.	5
— Clairvillia Fér.	5
— Codringtonii Gray	8
— Cracherodii Gray	9
— Cunninghami Gray	6
— desidens Rang	11
— Desmoulinsii Farin.	12
— exilis Müll.	5
— fidelis Gray	8
— — var.	9
— Fraseri Gray	6
— granifera Gray	9
— Jacksoniensis Gray	7
— Javanensis Fér.	5
— interrupta Bens.	10
— lucida Dráp.	(5)
— Maderaspatana Gray	9
— monile Brod.	6
— monozonalis Lam.	5
— nemorensis Müll.	5
— pachygastra Gray	10
— Philiipii Gray	7
— rapa Chemn.	5
— rufogaster Less.	12
— semifusca Desh.	11
— Stoddartii Gray	8
— — var. β.	8
— — var. γ.	8
— — var. δ.	8
— — var. ε.	8
— vitrinoides Desh.	6
— Xatartii Farin.	12
Helix Linn. pars	13
Hemipomatostoma Mke. subord.	60
Hyalaeacea Mke. fam.	1
Hypobranchia Mke. ord.	2

	Pag.
Jataronus Adans.	212
Inclusa Mke. ord.	231
Involuta Mke. fam.	124
Irus Oken	227
Lamellibranchiata Blainv. class.	176
Lastena Rafin.	193; 195
Lathyrus Montf.	107
Leda Schum.	190
Leptoconchus Rüpp.	56
— striatus Rüpp. (1835.)	57
Ligula Montag.	221
Liguus Montf.	32
— tenuis Gray	32
Limnaeacea Mke. fam.	33
Limnaeus Mke.	35; 36
— cinctus Trosch.	35
— fuscus Pfeiff.	35
Limnea (Desh.?)	35; 36
— lineata Bean	36
— — var. sinistrorsa	36
— succinea Desh.	36
Limneus Drap.	35; 36
Limnophila Mke. subord.	33
Lingula Brug.	174
— Audebardii Brod.	174
— semen Brod.	174
Lingulacea Mke. fam.	174
Lithophaga Mke. fam.	227
Lymnaea Lam.	35; 36
Lyonsia . .	231
— brevifrons Sow.	231
— picta Sow.	231
Margaritacea Blainv. fam.	179
Marginella Lam.	124
— Adansoni Kien.	125
— Belangeri Kien.	127
— bifasciata Lam.	125
— bullata auct., non Lam.	128
— cincta Kien.	127
— curta Sow.	125
— cypraeola Sow.	124
— faba Lam.	125
— frumentum Sow.	125
— granum Kien.	126
— hematita Kien.	125
— maculosa Kien.	127
— margarita Kien.	126
— olivaeformis Kien.	126
— pulchella Kien.	127
— Sarda Kien.	128
Marginellus Montf.	124
Martesia Leach	236

	Pag.
Melania Lam.	42
— alveare Conr.	46
— annulifera Conr.	44
— bitaeniata Conr.	45
— comma Conr.	45
— congesta Conr.	43
— cylindracea Conr.	47
— excurata Conr.	43
— Hydeii Conr.	44
— lima Conr.	46
— nassula Conr.	46
— olivula Conr.	42
— prasinata Conr.	43
— pyrenella Conr.	45
— salebrosa Conr.	44
— trochiformis Conr.	47
— vestita Conr.	47
Melania Lam. pars.	40
Melas Montf.	42
Melongena Schum.	107
Mercenaria Schum.	226
Mesodesma Desh.	221
— Jauresii Joann.	221
Mitrularia Schum.	141
Modiola Lam.	193
— glandula Tott.	193
Monomya Mke. subord.	176
Monopleurobranchiata Blainv. ord.	2
Murex Linn.	92
— buxeus Brod.	97
— carduus Brod.	94
— crispus Brod.	96
— dipsacus Brod.	97
— erosus Brod.	93
— exiguus Brod.	93
— horridus Brod.	95
— humilis Brod.	93
— incisus Brod.	95
— lappa Brod.	96
— lugubris Brod.	94
— margariticola Brod.	96
— maurus Brod.	92
— nitidus Brod.	95
— nucleus Brod.	94
— oxyacantha Brod.	95
— pallidus Brod.	97
— pinniger Brod.	92
— princeps Brod.	94
— pumilus Brod.	93
— recurvirostris Brod.	92
— rubescens Brod.	92
— squamosus Brod.	96

	Pag.
Murex tetragonus Brod.	92
— vibex Brod.	94
— vittatus Brod.	95
Murex Linn. pars	97
Murex pars β. Schum.	107
Myacea Mke. fam.	231
Mytilacea Mke. fam.	192
Mytilacea Mke. ord.	192
Mytilus Linn.	192
— angulatus Ald.	192
— solitarius Mark	192
— subsaxatilis Will. jun.	192
Mytilus Retz	192
Mytilus β. Schum.	193
Nacella Schum.	160
Najadea Mke. fam.	193
Nanina Gray	4; 9
— citrina Gray	5
— — var. β.	5
— — var. γ.	5
— Clairvillia Gray	5
— exilis Gray	5
— Javanensis Gray	5
— Juliana Gray	5
— monozonalis Gray	5
— nemorensis Gray	5
— striata Gray	5
— vitrinoides Gray	6
Natica Lam. pars	52
Naticina L. Guild.	52
— lactea L. Guild.	53
Nematopoda Blainv. (app.)	241
Nerita Linn.	56
— intermedia Desh.	56
— mamilla (L.) var. C. Dillw.	53
Neritina Lam.	54
— chlorostoma Sow.	55
— dilatata Brod.	54
— globosa Brod.	54
— intermedia Sow.	55
— latissima Brod.	54
— — var.	54
— morio Sow.	56
— nux Brod.	55
— picta Sow.	55
— reticulata Sow.	55
Nucula Lam.	190
— costellata Sow.	191
— crenifera Sow.	190
— cuneata Sow.	192
— eburnea Sow.	191
— Elenensis Sow.	191

	Pag.
Nucula elongata Sow.	190
— exigua Sow.	192
— gibbosa Sow.	191
— pisum Sow.	191
— polita Sow.	190
Nymphacea Mke. fam.	221
Ollata Schum. ord.	241
Orbicula Cuv.	175
— Cumingii Brod.	175
— lamellosa Brod.	175
Ostracea Mke. fam.	176
Ostracea Mke. ord.	176
Ovula Brug; Schum.; Leach	128
Ovulum Sow.	128
— aequale Sow.	129
— avena Sow.	128
— inflexum Sow.	129
— rufum Sow.	128
— — var. β.	128
Ovulus Montf.	128
Palliobranchiata Blainv. class.	174
Paludina Lam.	39
— genicula Conr.	39
— magnifica Conr.	39
Partula Fér.	32
— auriculata Brod.	33
— — var.	33
— hyalina Brod.	32
— rosea Brod.	32
— — var. α.	33
— — var. β.	33
— varia Brod.	33
Pasithea Lea	52
— nigra Tott.	52
Patella Linn.	160
— Reynaudi Desh.	160
— — varr.	161
Patella Schum.	160
Patellacea Mke. fam.	160
Patelloidea Mke. fam.	152
Patellus Montf.	160
Pecten Brug.	178
— Indicus Desh.	178
Pectinea Mke. fam.	177
Pectunculus Adans.	216
Pectunculus Lam.	188
— assimilis Sow.	189
— inaequalis Sow.	189
— intermedius Brod.	188
— longior Sow.	190
— maculatus Brod.	188
— multicostatus Sow.	189

Pectun-

	Pag.
Pectunculus ovatus Brod.	188
— strigilatus Sow.	189
— tessellatus Sow.	189
Peloronta Oken	56
Peribolus Adans.	129
Periploma Schum.	232 bis.
— lenticularis Sow.	232
— planiuscula Sow.	232
Perna Retz.	192
Petricola Lam.	227
— amygdalina Sow.	229
— concinna Sow.	228
— denticulata Sow.	228
— — var. β.	228
— discors Sow.	227
— elliptica Sow.	227
— oblonga Sow.	227
— robusta Sow.	229
— rugosa Sow.	228
— solida Sow.	227
— tenuis Sow.	228
Phaneropneumona Gray ord.	37
Phasianella stylifera Turt.	141
Pholadea Mke. fam.	234
Pholas Linn.	236
— acuminata Sow.	237
— calva Gray mss. (Sow.)	237
— — var. β. (Sow.)	237
— Chiloënsis Linn. var. parva (Sow.)	236
— cornea Sow.	239
— cruciger Sow.	236
— curta Sow.	239
— melanura Sow.	238
— quadra Sow.	238
— — var.	239
— subtruncata Sow.	236
— tubifera Sow.	238
Pholeobia Leach	234
Phyllidina Mke. subord.	2
Physa Drap.	35
— pomilia (!) Conr.	35
Pitonillus Montf.	53
Placunanomia Brod.	176
— Cumingii Brod.	176
— echinata Brod.	177
— foliata Brod.	177
— rudis Brod.	176
Planorbis Müll.	33
— antrorsus Conr.	34
— exustus Desh.	34
— Peruvianus Brod.	33
Planorbis vorticulus Trosch.	34
Pleurotoma Lam.	108
— adusta Sow.	114
— albicostata Sow.	110
— aterrima Sow.	113
— bicanalifera Sow.	112
— bicolor Sow.	110
— cincta Sow.	111
— clavata Sow.	110
— clavulus Sow.	109
— collaris Sow.	117
— cornuta Sow.	112
— corrugata Sow.	114
— discors Sow.	113
— duplicata Sow.	115
— excentrica Sow.	115
— formicaria Sow.	117
— granulosa Sow.	116
— hexagona Sow.	117
— incrassata Sow.	115
— Indica Desh.	118
— interrupta Sow.	114
— maculosa Sow.	110
— maura Sow.	108
— modesta Sow.	112
— nigerrima Sow.	113
— nitida Sow.	117
— olivacea Sow.	111
— oxytropis Sow.	109
— pallida Sow.	113
— rosea Sow.	109
— rudis Sow.	109
— rugifera Sow.	112
— rustica Sow.	116
— splendidula Sow.	111
— Trevellianum Turt.	118
— turricula Sow.	114
— unicolor Sow.	116
— unimaculata Sow.	108
— variculosa Sow.	116
Plicata Lam. fam.	59
Polecypoda Goldf. class.	176
Pollicipedia Mke. fam.	241
Pollicipedidae Gray. fam.	241
Pollicipes Hill.	241
— polymerus Sow.	241
— ruber Sow.	241
Polygona Schum.	106
Polylepas Blainv.	241
Polyodonta Blainv. fam.	179
Polyodonta Mühlf.	190
Polyplacophora Mke. subord.	162

	Pag.
Polyplaxiphora Blainv. subord.	162
Pomatobranchia Mke. ord.	2
Pomatostoma Mke. subord.	39
Porcellana Adans.	124
Psilopus Oken	212
Pteropoda Mke. class.	1
Pugilina Schum.	107
Purpura Brug.	70
— granatina Desh.	71
— muricata Brod.	70
— squamigera Desh.	71
— squamosa Desh.	72
— xanthostoma Brod.	71
Purpura Oken	70
Purpuracea Mke. fam.	70
Pyloridea Blainv. ord.	231
Pyrula Lam.	107
— fulva Desh.	107
— vespertilio Lam. var. (Desh.)	107
Pyrula Schum.	107
Pythia Oken	14; 16
Radius Montf.; Schum.	128
Ramphidione Schum.	241
Ranella Lam.	99
— affinis Brod.	100
— caelata Brod.	100
— margaritula Desh.	101
— muriciformis Brod.	99
— nitida Brod.	99
— pusilla Brod.	100
— pyramidalis Brod.	100
— tuberculata Brod.	100
— ventricosa Brod.	99
Rapana Schum.	107
Retifera Blainv. subord.	160
Rissoa Frém.	52; 58; 60
Rotella Lam.	53
— gigantea Less.	53
Roxellaria Bellev.	235
Rupellaria Bellev.	227
Rupicola Bellev.	232
Sandalium Schum.	141
Saxicava Bellev.	234
— purpurascens Sow.	234
— solida Sow.	234
— — varr.	235
— tenuis Sow.	234
Scalaria Lam.	59
— diadema Sow.	59
Scutella Brod.	161
— crenulata Brod.	161
— iridescens Brod.	161

	Pag.
Scutella iridescens var. Brod.	162
— rosea Brod.	162
Simnia Leach	128
Sistrium Oken	70
Solemya Lam.	233
— borealis Tott.	233
Solen Linn. pars	233
Solenacea Mke. fam.	233
Solenella Sow.	233
— Norrisii Sow.	234
Solenomya Mke.	233
Solidula Fisch.	59
Sphenia Turt.	234
Spirobrachiophora Gray. class.	174
Spondylus Linn.	177
— aculeatus Brod.	178
— dubius Brod.	177
— leucacantha Brod.	178
— princeps Brod.	177
— princeps var. Brod.	178
Stilifer Brod.	140
— astericola Brod.	140
— subulatus Brod.	140
— Turtoni Brod.	141
Stomatopterophora Gray. class.	1
Stramonita Schum.	70
Strophitus Rafin.	193; 195
Submytilacea Blainv. partim. fam.	193; 209
Subostracea Blainv. fam.	177
Subula Blainv.; Schum.	132
Syphopatella Less.	141
Tanychlamys Bens.	4
Tapes Mühlf.; Schum.	226
Tectus Montf.	58
Tegula (Less.?)	58
— elegans Less.	58
Terebra Blainv.	132
Terebra Brug.	132
— aciculata Gray	139
— affinis Gray	132
— — var. β.	133
— — var. γ.	133
— alba Gray	134
— albida Gray	138
— anomala Gray	137
— cancellata Gray	138
— flava Gray	134
— — var.	134
— gracilis Gray	135
— Knorrii Gray	132
— laevigata Gray	136

	Pag.
Terebra laevis Gray	137
— ornata Gray	137
— plicata Gray	136
— polita Gray	139
— punctata Gray	136
— punctatostriata Gray	134
— rudis Gray	133
— straminea Gray	138
— striata Gray	133
— Tahitensis Gray	139
— tessellata Gray	135
— tigrina Gray	139
— triseriata Gray	138
— undulata Gray	133
— variegata Gray	135
— — var.	135
Terebratula Dalm.	174
— Chilensis Brod.	174
— uva Brod.	175
Terebratulacea Mke. fam.	174
Tetracera Mke. trib.	3
Thecosomata Blainv. fam.	1
Thyasira Leach	221
Tornatella Lam. —	59 bis
— bullata Kien.	59
Trachelobranchia Gray. fam.	141
Trapezium Mühlf.	235
Trichotropis Sow.	57
— bicarinata Brod. et Sow.	57
Trichotropus Less.	57
— Sowerbiensis Less.	57
Trisis Oken	179
Triton Lam., non Linn.	101
— Ceylonensis Sow.	104
— clathratus Sow.	103
— constrictus Brod.	101
— convolutus Brod.	103
— decollatus Sow.	105
— distortus Sow.	104
— femoralis Lam. var. (Tank. cat.)	102
— gibbosus Brod.	102
— lignarius Brod.	101
— lineatus Brod.	102
— lineatus Sow.	105
— maculosus Lam. varr.	105
— mediterraneus Sow.	104
— nitidulus Sow.	103
— reticulatus Sow.	104
— rudis Brod.	102
— scalariformis Brod.	103
— tigrinus Brod.	102
Tritonium Cuv.	101
Trochita Schum.	141
Trochoidea Mke. fam.	54
Trochus Linn. pars	58
Tubicola Mke. fam.	240
Turbinea Mke. fam.	39
Turbinella Lam.	106
— armata Brod.	106
— caestus Brod.	106
— tuberculata Brod.	106
Turbinella Schum.	106
Turbinellus Montf.	106
Turbo Linn.	57
— bicarinatus Sow.	57
— glaber Costa	51
— inflatus Tott.	57
— minutus Tott.	58
— politus Montag.	50
Typhis Montf.	97
— Belcheri Brod.	98
— coronatus Brod.	98
— Cumingii Brod.	97
— pinnatus Brod.	98
— Sowerbii (!) Brod.	98
Ultimus Montf.	128
Unio Retz	196
— altilis Conr.	207
— arctatus Conr.	200
— arcus Conr.	198
— coelatus Conr.	199
— cor Conr.	202
— delumbis Conr.	204
— furvus Conr.	205
— Greenii Conr.	203
— icterinus Conr.	206
— infucatus Conr.	208
— lienosus Conr.	197
— maculatus Conr.	202
— Masoni Conr.	204
— mytilloides (?) Rafin. var. (Conr.)	209
— nebulosus Conr.	202
— Novae Hollandiae Gray	197
— oviformis Conr.	208
— pectorosus Conr.	205
— penitus Conr.	203
— perovalis Conr.	207
— — var. β.	207
— perovatus Conr.	199
— Pianensis Farin.	197
— Poulsoni Conr.	200
— prasinus Conr.	208

	Pag.		Pag.
Unio Raveneli Conr.	206	Venus Linn.	226
— rubellus Conr.	205	— gemma Tott.	226
— stramineus Conr.	198	— rosalina Rang	226
— subtentus Say. var. (Conrad.)	209	Voluta Linn.	139
— taeniatus Conr.	201	— Anna Less.	139
— tenebrosus Conr.	207	— Cumingii Brod.	139
— trabalis Conr.	201	Volutacea Mke. fam.	132
— vibex Conr.	203	Volvaria monilis Lam.	127
Utriculus Schum.	118	Xylotrya Leach	236
Veneracea Mke. fam.	226	Zonites Montf.	13
		— Walkeri Gray.	13

Emendanda.

Pag. 2. fini impone punctum.
— 55. nr. 5. Montejo, lege Montijo.
— 63. initio adde species.
— — nr. *b*. lin. 7. adde species.
— 64. lin. 5. adde species.
— — nr. *c*. lin. 8. adde speciem.
— 65. nr. 12. lin. 7. adde species.
— 66. lin. 8. adde species.
— 68. nr. 19. lin. 8. adde species.
— 69. nr. 21. lin. 7. adde species.
— — — — — 11. ipsum, lege ipsa.
— 148. nr. 21. Calytraea, lege Calyptraea.
— 176. init. Eletobranchia, lege Elatobranchia.
— 240. post finem: Sect., lege App.

Jardeé

Typis Aug. Guil. Schadii.